

qui merentur omni inueniet  
illum. Cui timet deum eque  
habebit amicitiam bonam: quoniam se  
cundum illum erit amicus illius.

**F**ili a iuuentute tua extipe doc  
trinam: et usque ad canos inue  
nies sapientiam. Quasi is qui a  
rat et seminat accede ad illam:  
et sustine bonos fructus illius.

In ope enim ipsius exiguum labo  
rabis: et cito edes de generatio  
nibus illius. Quam aspera est

numquam sapientia indoctis homi  
nibus: et non permanebit in illa

**T**extors. Quasi lapidis uirtus  
probatio erit in illis: et non demo  
strabuntur picere illam. Sapia  
enim doctrine secundum nomen est eius:  
et non nullus est manifesta. Qui  
bus autem agnita est: permanet

usque ad conspectum dei. **A**udi fi  
li et accipe consilium intellectus:  
et ne abicias consilium meum.

Inice pedem tuum in conpetes illius:  
et in torques illius tuum collum.

Subice humerum tuum et porta  
illam: et ne accipieris a iuncu  
lis eius. In omni animo tuo ac  
cede ad illam: et in omni uirtute  
tua serua uias eius. Inuestiga

illam et manifestabitur tibi: et  
continens se ne derelinquas

eam. **M**isereatur enim tuus

**H**

**AP**



A7

II / 130

C

E







1725

GUNTHER AN GORLITZEN

PALASTIA

ORATORIO POTICA

EXERCITIA ORATORIA

ET POTICA

*[Faint, mostly illegible handwritten text]*

No. I. A  
 felle  
 Com  
 fms  
 Anm

No. II. C  
 P  
 de  
 hie  
 ex

No. III. p  
 le  
 Ji  
 Jan

No. IV. ad  
 De  
 16

No. V. A  
 4  
 Pa

No. VI. de  
 A  
 Lo  
 ca

No. VII. f  
 T

No. VIII. 11  
 lebet von  
 selffe von dillb  
 ex fardinand  
 und vordet. 80  
 die aloufide an  
 in ba dli den ja  
 inga nefe die n  
 rade sed nre nif



GNOBMOLOGUS

ETHICUS,

RHETOR,

h. e.

CRATIONES ETHICÆ

ad

illustrationes GNOMAS ETH.

cum Græcis, tum Latinis,

in

Acroasio superiori

GNOMASII GÖRLITCENSIS,

præstitit

CHRISTIANO FANCCIO,

rectore

1

a

CIVIBUS CL. SUE

habita

ANNO CIVITATIS LXXI, LXXI.

LXXII.







Oratiuncula

ad  
Præceptum Nazianzeni:

Ἐρχην ἀπάντων καὶ τέλος πάντων Θεόν.  
Principium et finem omnium rerum fac Deum.

Quantum intersit in primordiis rerum quarum,  
divinum implorare auxilium, ipsos genti,  
veri dei inscios, olim non fugit; dum non  
re fieri, si a religionis studio rerum su-  
perandarum et dicendi primordia can-  
erent, petarunt, indeq preces calidissimas  
pro felici coeptorum successu fuderunt.  
si non aliunde, ex eo certe clarum satis  
manifestum fit, quod precationibus olim  
tantum momenti est tributum, ut in pan-  
genois carminibus invocationem ad Deos  
ut Deas, ut coeptum bene succederet opus,  
intermittere summum nefas Poeta cum Grae-  
ci tum Latini, florente adhuc utraq gente,  
duxerint. Nihil enim rite, nihilq pro-  
videnter sine Deorum immortalium iuge,  
consilio, honore auspiciari se posse, nec debe-  
re credebant. Unde et Naso libro 1 Me-  
tamorphosewn in fronte statim Propositi-  
oni Poematis sui invocationem Supero-  
rum subnexuit hac verborum serie:  
In nova fert animus mutatas dicere formas  
Corpora. Da coebris (nam vos mutastis et illas)  
Aspirate meis: primaq ab origine mundi  
Ad mea pergeturum deducite tempora carmen.  
Et Maro, omnium Poetarum facile Princeps,  
eodem ratione ductus in Georgicis commen-  
tios Deos et Deas, ut sibi agriculturam



et rem pecuariam canturo ferant opem, Propon  
sitione promissa, precibus sollicitat: quibus Diis  
(quum eorum ab ipso invocatorum catalogus Jan  
tis sit magnus) prolixitatem fugiendi cau  
sa, recensendis superseco. Quodsi iertur tantu  
cultus Ethnici fictis et falsis Diis prestite  
runt, vah quanto requius est, ut nos Christi  
ani morem hunc observemus, et veri Dei au  
xilium in omnibus rebus incipiendis et ad  
felicem finem perducendis imploremus? Is  
quippe mos nemini potius, quam homini Chri  
stiano, et nullo tempore magis, quam eo, quo  
novi quid auspiciamur, usurpandus colendus  
est. Unde nec ad hunc satis piuum morem,  
ut felices faustig sint omnium rerum agen  
darum conatib, nos hortari Nazianzenus  
dubitatur, quum praecipit: Αεχην ανάρτων  
καί τελος ποίηθ Θεόν. i.e. Ordine res  
fingi cum Deo tuas. Bene scilicet intelli  
gebat Nazianzenus, quantum momenti in  
auxilio divino positum ~~est~~ esset, si in nostris  
actionibus imploretur: Nos iertur mo  
ritos dum vult, ut, si vellems actionum  
nostrarum bonum expectare eventum, ni  
hil sine Deo ordiamur; ex eodem precepto  
Nazianzeni aliquot haud incommode in  
rebus agendis quae adhibeantur, consilia  
improsentiarum elicere libet. Quid enim  
Nonne vult Nazianzenus, ut quilibet infir  
mitatem suam, cuiuscumq sit conditionis,  
sive sit imperans, sive subditus, sive Croe  
sus sive Iruus, sive senior sive junior, agnos  
cat et fateatur? Ita vult omnino e  
loquentissimus D. Ecclesia: nihil enim ho



viribus propriis efficere sine divino Numine  
 valet. Quare Aristoteles interrogatus,  
 quoniam esset homo? respondit, infirmitatis  
 exemplum, temporis spoliū, fortunae  
 lusus, inconstantiae imago, invidia et  
 calamitatis frutina. Atque propter hanc  
 infirmitatem humanam Somnigotens, (quique  
 cuius potentia omnia, quae in hac rerum  
 universitate cernuntur, complectitur,) gre-  
 garius assiduis in auxilium est vocandus;  
 si enim Deus aedificaverit domum, om-  
 nes eam extruētes, juxta eloquium Hiero-  
 nymus, frustra laborant. Deinde supra  
 nobis est hoc suo praecepto Nazianzen-  
 sis, ut terrestrium rerum nimiam fugi-  
 mus curam, quippe quas tanquam vanas et  
 caducas anima, satis finem vitae homini  
 facientibus, e corpore humano ad coele-  
 stia, unde originem suam traxit, emi-  
 grans relinquit; coelestibus vero potius  
 thesauris colligendis operam in his ter-  
 restribus navemus maximam, primumque quae-  
 ramus, juxta monitum evangelistae, re-  
 gnum Dei, quippe quod nunquam est de-  
 struendum, sed omne per aevum duraturum.  
 Porro si quis in officio juxta Na-  
 zianzeni monitum res gerendas recte or-  
 datur precesque ad Optimum maxim. Deum  
 fundat, tantum abest, ut is ope divina de-  
 struatur, ut potius eadem fretus labo-  
 res vocationis suae sine ullis obstacu-  
 lis obire possit. Praeterea praecepto  
 hoc suo vir ob pietatem singularem ad a-  
H. A.



stra coeli evahendū consiliū nobis hoc sup-  
peditat, ut omnium consiliorum, quae capimus, et  
laborum nostrorum, quos, dum nobis Natura  
vitam concedit, peragimus, ultimus finis sit  
Dei altissimi gloria, ad quam nimirum pars et  
aequum est, ut omnium rerum primordia, medi-  
um et finem referamus: nec et intermedium fini-  
nem praetereamus, monet Nazianzenus, qui proximi  
mi edificatio. Tandem ex praefato praesente  
divina eloquentia vir hoc consiliū vult elici,  
ut quisque pro mediocri etiam rerum successu  
gratias Deo agat, (agere enim gratias Deo  
possimus, non autem referre), memorque item  
imbecillitatis suae gratiam ejus continuari pe-  
tat, nihil superbe ac arroganter cogitans, sed  
officio suo cum timore et tremore instans.  
Et quidni pro modicis etiam beneficiis Deo, opti-  
maximo beneficiorum datori, gratias agere,  
mus? ita enim est, quod, teste Chrysostomo,  
ille invitet ad magna, qui gratanter suscipit mo-  
dica: et spem de futuris recipiat, qui transa-  
ita beneficia recognoscit. Quae cum ita  
sint, bene et sapienter dixit Nazianzenus:  
Ἄξιον ἀπάρτων καὶ τέλος τοῦ ἐσθίου.  
Vos autem, spavissimi commilitones, hoc  
ipsū praefatum et vobis traditū gustate,  
studiorumque vestrorum principium et finem  
facite Deum, ad quem vota pro studiis pro-  
sperandis calidissima fundetis. Auspiciami-  
ni à Deo opellas vestras, interdistinguite eas,  
idem cum Deo: cum Deo absolvite, coronidemus  
iisdem cum Deo imponite: sic, sic futurum  
est, ut studia vestra non tantum ad fini-  
nem perducantur optatum, sed in ipso medi-  
o cursu prosperissime succedant.

Christianus Ströb  
Gübenâ-Lus.



Ad  
idem  
P A T R I A N Z E N I

527

et dictum  
C R A T I C O  
JOACHIONI HILDEBRANDI  
ab Dñd, Equ. Lup.

um multa præclare ac sapienter à majoribus nostris, Comilitones sua  
ordinata atq; in statuta sint, tam nihil præclarior, nihil utilius,  
providentis est more, quem in initiis rerum observare soliti, ut à  
ut rerum agendarum, ita dicendi primordia caperent. Id quod  
Plineius Junior in Panegyrico suo expressit, et quidem in ipso sta-  
tine docet: Nam nihil rite, nihil providenter sine Deorum immortalium  
auspicio, honore auspiciari se posse credebant. Unde et nihil, quod alicuius  
momenti inchoabant, nisi in templis rem divinam fecissent, vel auspicia  
petebant. In hoc a. Deorum suorum cultu tam devoti erant Romani, ut per  
acclamari, referente Plutarcho, curarent: Hoc age. Atq; hic ve-  
romanorum mos, quam à nemine magis, quam ab homine Christiano, et  
nullo tempore potius, quam eopse, quò novi quid auspiciari cupimus,  
colendumq; sit, non immerito aptum pinguis hoc præceptum est, quod  
reliquis eloquentissimus Ecclesie Doctor Nazianzenus. Sic  
Ordire res finis cum DEO tuas. Vos proinde Com-  
attendite. Ecce n. futurum est, ut à Nazianzeno hoc præcepto  
quodam salutaria verum, in hoc vestro confesso proponam,  
bene gerendis rebus vestris uti poteritis; Verum n. verò nonne  
quod Nazianzenus unumquemque vestrum velit monitum, ut in  
sua sponte agnoscat, indeq; in omnibus rebus agendis opem im-  
Dei, sive secundis, sive adversis utatq; rebus, impleret? Id et  
profana suadent litera. Possent vel sexcenta in hanc rem testi-  
ficare, nisi tempori esset parcendum. Interim unum Divi Pauli  
omnium, quæ de sacris hinc trahi possent. Sic namq; ille Colossensibus  
Quicquid feceritis in dictis aut factis, id omne facite in no-  
mine Christi, et per eum agite DEO patri gratias: Esto et illud Ma-  
rci eorum omnium, quæ in profanis citari deus possent scriptoribus:  
Jove principium, Musa, Jovis omnia plena.  
vos vult Nazianzenus, ut terrenis rebus posthabitis, stu-  
dia celestium unice excolatis. Quò et dignum iam olim diser-  
tissimi Nepotuli intendit, quom Lib. 1. officiorum diceret: Prima  
DEO immortalibus debentur. Nec dubitat præterea mo-  
Nazianzenus, ut ope divinâ freti labores vocationis vestrae fide-  
liter et constantiter administratis. Nam et idem sacra vult scriptura, quan-  
quam maledictum esse docet, qui rem suam fraudulentè tractet,  
ita hoc unumquemque vestrum oportet, juxta Nazianzeni monitum,  
servare, ut in omnibus vestris studiis ac laboribus non aliis finis,  
gloria Dei et proximi edificatio respiciatur. Certè ut olim  
Romanae Reipubl: Salus populi suprema lex erat: ita hodie in Re-  
publica hac litteraria gloria præprimis Dei et salus proxima suprema  
actionum et laborum nostrorum lex sit, nos omnes Nazianzenus  
vult



vult monitos. Sed adeste nunc, bona frugis et optima spei Adolescentes incitati genii et ingenii dotibus admodum feliter adeste, et me ultimum Nazianzeni Consilium proponentem aequis auribus audite. Quid enim, nonne et vos hoc tandem, vult monitos, ut unusquisque vestrum pro mediocri saltem in studiis successu gratias teroptimum terque maximo DEO agat, atque memor imbecillitatis suae veniam petat, quò ipse gratiam suam continuare laud delectetur. Nec a felicis hoc fiet, quam si nihil superbe, nihil arroganter cogitabitis. Quin potius officio vestro cum timore et tremore instabitis vel planè juxta Hieropsaltae illud monitum: Servite Domino in timore et tremore, et gaudete in ipso.

Quae quum ita sint, merito vela Oratiunculae meae contraham, et in vadum me recipio, neminem affore, arbitratus, qui ex hac mea Oratiuncula non intelligat, qui non animadvertat, quid sibi faciendum sit. Vos, vos verò, o mei Symachi, ad stateram mentis appendite, hoc, quod leviter ac breviter illustratum in Nazianzeni dictum, DEUSQUE semper pro studiis vestris Scholasticis prosperandis implorate.

DIXI



Adeste  
carciat  
dixi  
Digenis  
romes.  
Cite nidi  
dece dice  
minar id  
quid como  
retat.  
Cillitatis  
subscribit  
arias, pe  
I sum  
led: ten  
necillita  
tqz hoc  
por alio n  
progrum  
videter  
se posse o  
Facilitat  
cerebe  
cira fer  
quid.  
ab ad h



B. N. 4.  
Oratio Inca,  
ad  
Dictum Hom:

528

Ὅψε θεῶν ἐπιπέταται, μάλα τ' ἐκλυοῦσ' ἀνδρῶν.  
Quisq; obtemperat Divis, cum valde quoq; exaudiunt.

Adverte homines: Sic, sic Diogenem olim in foro stantem, veluti  
in theatrum apud populum, clamitasse, multisq; confluentibus civibus  
dicentem: Homines adesse volo, non sterquilinia. Quis jam  
verba mea facere mihi licet et hodie clamanti: Adverte  
homines. Verum, dum homines confluisse puto, sterquilinia (igno-  
rante mihi Symmachi dulcissimi) video. Et quamvis homines me vi-  
derem, obstat tamen sapientissimus Socrates, & vetat, quo  
id dicam. Is quippe, putredinem esse hominem, quæritur,  
Socrates? respondet: Obstat & Philosophus, idq; quo minus dicam,  
quæritur namq; & ipse, quid homo? respondet: Sominem imbe-  
tilitatis esse exemplum. Et quidni rectè hi & alii responderent?  
Quis enim eorum sententia ipse Hieroclytus: substituit se,  
ut pulverem, florem & ferum esse hominem, afferentes.  
Quanam miseriam! O calamitatem extremam! Adeo  
imbecilles nostræ sunt vires, imò & toti sumus  
imbecillitas, ut ne moveri quidem propriis valeamus viribus, nec vivere.  
Hæc ipse est, quod & saniores pagani intellexerunt, unde &  
nisi ad Numina sua confugerunt, inq; omni conatu ab us-  
surum expectabant rerum eventum, nihil vitæ, nihilq; pro-  
videnter sine Deorum immortalium ope, consilio, honore suspicari  
se posse credentes. Quid? nonne præ aliis parturientes parandi  
facilitatem, ut vel à Diana, vel à Junone ex peterent, fas esse  
censebant? Censebant utiq; unde formula nata: Turbo tu-  
cia feronem: serva me obsecro, maturumq; utero molliter aufer  
quis. Sic & stertitantes se non valere sibi persuadebant, nisi  
adstantibus acclamatum fuisset: Ἰὼ κόρη! Pleres  
huc traherem



huc traherem Paganorum formelam, nisi temporis, praecipuum vero  
veritas parcendum esset auribus. Interim certum omnino est, non  
aliter, raris quaquam veritatis illuminati non essent, facere  
suisse Paganos, quippe qui Livium suorum audiebant. Omnia  
prospera eveniunt colentibus Deos; adversa eorum sper  
nentibus. Quid ergo nos, <sup>qui</sup> Christiani per Dei gratiam audimus, acturi  
sumus? an palmam à paganis nobis eripi patiemur? Absit, o' ste  
rum hoc absit. Agite proinde, aderte Christiani homines, fatemini  
mecum vestram imbecillitatem, fatemini tenuitatem, indeq;  
non nisi Livium Numen implorare discite, utpote sine ejus  
favore & auxilio nihil prosperitatis contingit hominibus. Vos autem  
praecipuum Symmaci sacrosissimi aderte hodie animis, & audite,  
quid vel ipsa recta Ratio in studiis & actionibus vestris vobis pra  
cipiat. Ecce praevidit nunc Scilicet Homericus, atq; hoc vo  
bis suggerit consilium:

Ὅψε θεοῖσ' ἐκδοχ' ὄντο, μάλα δ' ἐχ' ἄπορ' ἀυτῶ.  
Nam, quicumq; pie veneratur Numina Divum,  
Praecipue exaudire solet haec Numina Divum.

His utiq; verbis fortissimus Heros indigitare vult, tum denun  
tibus opt. mag. Deum ad aras nostras respicere, tum demum  
throna precum nostrarum ipsi aridere, tum demum vitulos  
labiorum nostrorum eidem placere, si, exitis scelerum lar  
vis, devoto coram throno ipsius pectore compareamus, flexo  
poplite oremus, inq; ipsis precibus officio nostro rite fungi  
studeamus. Verum enim vero ita est, quod, qui in ipso suo, quo  
fungitur munere, submisso adorat Deum, nubes penetret, nec  
sine favore & auxilio Dei presentissimo abeat. Ad hoc scilicet ef  
ficax est humilis in ipso opere precatio. Nec igitur ita oran  
dum vobis esse volo, ut interim desideatis, et in otio divinum  
auxilium ac favorem expectetis; Orandum namq; <sup>est</sup> et labo  
randum. Audite heic mei sacrosissimi, illud Catonis apud  
Sallustium: Non votis, inquit, neq; supplicis muliebribus auxilia  
Deorum perantur; vigilando, agendo, bene consulendo prospere omnia  
cedunt.



illi socordia & ignavia te tradiderit, ne quicquam DEOS mi-  
 nec tantum autem audite, verum etiam intuemini omnes  
 alit terra ordies. Certe Ecclesia Doctores, Annon hi  
 sua manibus in caelum sublatis in ipso sacro suo opere  
 peccata suarum fundunt, cumulatissime auxilium &  
 DEI sentiant? Videtis omnes, quibus familiarum curam  
 illi, dum indefessis DEUM sollicitant precibus, nec interu-  
 miantur, voti sui compotes evadunt? Aspiciate in Mesaram  
 studiosorum Magistros, annon favorem DEI praesentis  
 habent, si orent & laborent? Uergate denique in orbem  
 Politico oculis vertite omnes Politicos: falsus sum, nisi omnes  
 ne & auxilio DEI fretos videbitis, si inter suspiria et preces  
 oratio vite fungantur munere. Et sane ita est, quod omni-  
 bus in istis, dum modo DEI quem implorant, nec minus tamen  
 illa opera quae manuum suarum exerceant, DEI immo-  
 rum semper & ubique adspiciet gratia. Ad Exempla ab his  
 praedictis: Utar enim porro vestra, Dilectissimi Symmachi, in  
 laudando facilitate, & quoniam in hac dicendi materia  
 diligenter attenditis, ad Annales sacros evolvendos  
 perveniam. Ecce autem haec in Theatrum quasi scenicum  
 admodum dilectus DEO David. Prodit, in ista, & vitular-  
 iorum laborum sortem DEO immolat, plectra sua ut in  
 ista in negotio movens, ut ubique sibi favorem DEI concili-  
 querit et magistratum a se iri promissimam sibi pollice-  
 ei quod nunquam in officio faciundo obtemperare DEO suo  
 tractaret. Sequitur piissimus DEI Vates Daniel, tri-  
 bus quotidie vicibus perulam suam precaturus confidens,  
 nec obtem in ipsa leonum fovea desperans, sed spe plenus  
 libidinis suspiriis DEUM ubique appellans. Succedunt  
 annis circumdati Viri, Sadra, Mesach & Abednego,  
 in ipsa fornace Babylonica inhaerentes, suis DEO li-  
 corporibus. Quartum illi omnes precibus suis obtinuerint,  
 queritis,



quæritis, Symmachi dilectissimi? Nolite quærere; Ecce enim non David tantum, nec & tantum Daniel favorem Dei sibi conciliaverunt, sed & tres prædicti viri eundem presentissimum serferunt. Verum obijcet forte heic aliquis, talia & alia in media, ta Dei provisione contigisse, quæ memoratur in sacris literis de Davide, de Daniele, deq; tribus in fornace Babylonica hærentibus viris. Esto: sed quis preces causam fuisse impulsivam negabit; precibus etiã suis illi opem impetraverunt divinam. Nihilominus tamen & favorem sibi Opt. Max. Dei conciliaverunt, quod nunquam cessarent ab operã suã, quo minus suo more furerentur. Quid? nam David, quum adversus Allobylos pugnavit, et precibus, quas ceperat, et pugna insistebat, donec tandem victor abiret? Sic & Josua inter suspiria et preces pugna insistebat, tandemq; hostium evadebat Victor. Non absimile est Romuli factum; Is enim, quum Jovi Statori adem votum dedicasset, demceps tanto fortius pugnavit & victoriam tandem reportabat. Respondet & factum suo Numa Pompilius; Is quippe nil unquam suspicabatur, nisi opem & auxilium Deorum præ se implo-rasset. Implorato autem divino auxilio, inter vota demceps et preces rebus agendis tanto fidelius insistebat, non prius desistens, quam ex animi voto omnia cecidissent. Quare Saturnus Vates vel ipsi etiam Agriculis præcipit, ut arte arationem & sationem stivam jam tenentes vota Diti nuncupent ac Cereri. Tibullus suffragari videtur, quum Deos suos his compellat verbis:

Oj patrum purgamus agros, purgamus agrestes  
Vos mala de nostris pellite limitibus.

Persvasum enim habebant veteres, nec culnum quidem sine Deorum favorio nisi altum assurgere posse. Et quidni id persvasum sibi habuissent? Credebant enim à Divis omnia dependere, quæ Nature imperio subjacerent. Et quæquam Brachmares apud Kircherum sentiant, araneum primam rerum esse causam, utote qui e ventre



in ventre suo continuâ filorum evolutione Elementa primam,  
 globos caelorum efformaverit, opusq; suum continuâ assiden-  
 ter gubernet, usq; ad mundi interitum, quem e' filorum mundanorum  
 retractione causari tradunt; nec tamen saniores con-  
 siderant Ethnici, quippe qui, quum proprios ad causam mundi pri-  
 mae accederent, Deos esse credebant, qui universo huic adessent,  
 sui mole rueret. Precibus proinde Deos in omni re, in omni  
 causa, inq; omni laborum genere compellari volebant, quicquid  
 fieri & observare recusabant, hoc exclusione & excom-  
 municatione non tantum dignos putabant, verum etiam sum-  
 mae supplicii. *Exempla desiderabilia?* Possem, mi-  
 sericordiae obstaret penuria, vel sexcenta in medium hoc pro-  
 ferre: sed sufficiat e' multis unum hoc: Diagoras Melius, Phi-  
 losophus & Poeta, vocatus Atheus, cum ipse nec Deum cre-  
 deret, nec preces ullas curaret, sed a' mysteriis falsis ho-  
 mines vocaret dieterius, ab Atheniensibus urbe ejicieba-  
 tur, et cuiuslibet interficiendus tradebatur. Nec impu-  
 nitus talit' Creper Aegypti Rex, quod templa omnia obse-  
 rasset, ne populus Deo sacra faceret; namq; & vivis  
 et mortuis peccati coepit. Sic itaq; ad evitandum gra-  
 ve atq; horrendum supplicium, Graeci sic praecipiebant:  
 ἄλλοις ἢ τοῖς θεοῖς, ἔλα τὸν θεόν ἡδύτατον, ἧκε ἴππε κεν  
 τοῖς θεοῖς ἴππε. Non absimile huic erat, quod loco uti-  
 lissimum proverbii: Ἐὐρ ἄδρα ἡνίχ' ἔρα ἡνίχ', cum Minerva &  
 Athena move. Quos ipso minuere volunt, primum manus aris  
 ad offerenda precum thura admoventas, dem laboribus an-  
 teponendas esse; quam omnino sudor sit, quem Di' posuerint  
 inanimas. Osi Egeus primum precibus Lingvam, dem ma-  
 nus laboribus consecrasset, su ipse primatum, sic benedictionem  
 turpiter



turpiter non amisset. Nemo ergo solum sufficere heu  
orationem arbitretur, quum iuncta omnino preces labori-  
bus sint, junctiq' labores precibus, qui magnam in optato  
fine impetrando et miram vim habent. Unde nepte  
Gubulcus, ut est in fabulis, fecisse creditur, quod, quum  
placitum e' villa' ageret, idq' in salebris hereret, igna-  
vus adstitit, Herculem, quem pro Diis omnibus vene-  
ratur adorans. Adstitisse certe fingitur DEUS Gu-  
bulcus, ac dixisse: Rotas taro et tauras stimula,  
et tunc DEUM invoca, quum et ipse feceris aliquid:  
sed non frustra precari.

Quae, quum ita sint, nolo latius evagari, sed dum por-  
tum video, aronam meam ejuris, & heu' tuberi subijto.

Vos vero, o' dilectissimi mei Symmachi, au-  
dite, si preces vestras DEO acceptas esse velitis, sig-  
feliciter in studiis proficere studeatis cupiatis, audite,  
inquam, Consilium Achillis Homericum, quod iisdem denuo  
repeto verbis:

Ὅτε θεῶν ἐὰν αἰθέριαι, μάλα τ' ἐνδύον ἀνδρῶν.

— Quicumq' sic veneratur Numina Divina,

Praecipue exaudire solent hunc Numina Divina.

Adorate supplices in ipso opere DEUM vestrum cum Rege  
Divide; Consecrate eidem labores vestros, ut feliciter o-  
mnia succedant; Implorate quem divinam. Praeprimis  
autem in hoc sermonis calce observate Praecorum monitum:  
Ἄνδρες ἡμῶν ἰσχυροὶ, ἔλα τὸ θεῶν γὰρ, κεν ἴψα γὰρ περ  
agito, dem DEOS voca. Statuite curtis in conatibus  
vestris DEUM tutorem & factorem. Tandem

Σὺν Ἀδυνάτῃ γὰρ χεῖρα κινῆτε.

Dix.

Sigismund Christoph.

Hirsbergi - Pilesi.

Deum



531

Ad  
idem  
ACHILLIS HOMERICI  
DICTUM  
GRATULANDA  
MAXIMILIANO IMPERATORI  
a Wicco, Equ. Sil.

Quem Caeli terraeque Principem, rerum, quaecumque sunt,  
Dominum, cuius suavitatem omnium summam rem,  
sua manu condidit, adorare, obsequio venerabili <sup>invoca-</sup>  
ejus in rebus omnibus implorare, tenemur. <sup>ut res, favorem et auxilium divinum</sup> favor <sup>adijuseamur.</sup>  
et auxilium divinum unicuique maxime necessarium  
sine quo homini nihil prosperitatis evenit: unde et  
scribere hoc non solum, alij sancti viri, toti occupati in eo fuere,  
indefessis precibus favorem et auxilium divinum impetra-  
verunt. Verum etiam ipsi sanctiores Pagani saepe dubitarunt open-  
dum suorum in omnibus rerum difficultatibus, cum  
publice, tum privatim implorare, et favorem horum sibi  
petere. Ita scilicet parturientium formula notior  
quam quod notissimum: Juno Lucina fer opem. Est et  
similima formula qua sternutantes quondam excipiebant ii,  
qui astant: optime Jupiter juva. Spectat huc et illud,  
quod Romanae historiae Parens Livius habet: omnia prospera  
eveniunt colentibus Deos, adversa eisdem spernentibus. Egi vero,  
Cicero suavisissimi, ratio Deum sibi conciliandi, omnium  
optima e facris haberiatur literis; nihil tamen obstat, quo-  
minus et recta audiatur ratio. Vos itaque in praesentiarum  
Achillis Homericum audite consilium, quod hic vobis ille  
prodit verbis:

Nam quicumque pie veneratur Numina Divum,  
Praecipue exaudire solent hunc Numina Divum.  
Heros videlicet iisdem ostendere vult verbis, tum maxime cultu,  
tum nostrum et preces Deo probari, si in officio faciundo ipsi  
obtemperemus, idque unum, quod nostri officii est, peragamus.  
Et quia viis vocationibus nostrae insistemus, dum insisti-  
mus, intra preces et labores nos exaudiri iri, credemus.  
Nos enim non tantum quid in trivis circumferatur:  
ora et labora; sed et, quid nobis praecipiat Siracides: <sup>inquit,</sup> Sta in  
testamento tuo, et in illo colloquere, et in opere mandatorum  
tuorum: confide autem in Deo, et mane in loco tuo: facile  
enim est in oculis Dei subito honestare pauperem. Quod



sibi verba haec velint, quaeritis Symmacti dulcissimi? Noli  
te quaerere, nam enim trahunt sententiam: *Constante* maximo  
in verbo Dei, idq. meditare, atq. invocatione tua consuesce:  
Deo confide et in adoratione tua persevera. Sed transeo ad  
sacro hoc monito ad profana testimonia: Esto autem in his  
vel praeceptum illud Catonis, quod apud Sallustium Scriptorem  
rerum Romanarum felicissimum, legitur, inq. haec dicitur ve-  
ba: Non votis, neq. supplicis militibus auxilia Deorum pa-  
rantur, vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia ce-  
dunt, ubi socordia te, atq. ignavia tradideris, ne quicquam Deo  
implores. Confirmat id ipsum cotidiana rerum omnium magis  
tra experientia in omnibus ac singulis vita ordinibus. *Agite*  
te promittit o vos Ecclesiastici, agite o vos Politici, agite o vos  
Scholastici, agite o vos oeconomici et providete, providete, misere,  
et ipsi fatemini, an non sacra vestra et preces Deo, ubi vita  
officium factum, semper grata fuerint? Grata utiq. fuisse  
sacra: gratas fuisse vestras preces ipsi deprehenditis, ubi man-  
dato vestro munere laudabiliter, intra preces et labores functi  
estis. Sensistis, sensistis lenitatem aerae divinae vestris cogitationibus  
aspirantibus; favorem sensistis ipsius opt. Max. Dei in omnibus  
actionibus vestris, nec quicquam auxilii divini deesse cognovistis.  
Quod si vero praeiavi exempla haec desiderentur, ad Annales  
sacros remitto. *Quid enim?* Nonne magnus Abrahamus, omni-  
um rectè credentium Pater, quum in officio suo Deum toto  
pectore invocaret, preces suas et vota Deo gratissima esse, intel-  
legebat? Audiebat quidem Deum votis suis his respondentem  
verbis: Ne timeas Abraham, ego tibi scutum et magnus ero  
Deus. Sed ecce, ut una hirundo non facit ver, ita forte unum  
exemplum, vobis Symmacti dulcissimi, non sufficit ad probandum  
id, quod intendo: Traham ero huc aliud, et quidem Moysis fo-  
tissimi Israelitarum Ducis. Is enim et ipse suo exemplo confirma-  
vit, quod Deus opt. Max. his, qui ipsum in officio suo fideliter  
invocant, esse auxiliis. Certè, cum Rex Amalek adversus popu-  
lum Israelitarum acriter pugnaret, ille preces fundebat ad  
Deum, visumq. ad obtinebat, ut non Amalek, sed Israelitae  
victores evaderent. Sic et ipsius Abrahami, cuius modo supra  
exemplum citavi, servus Eleazar in ipso opere, quod invocasset  
nomen Domini, et inclinasset se, prosperissimum rerum suarum



eperiebatur. Secus autem factum esset, nisi vota  
 et vota mandato minere functus fuisset. Quare  
 padanus ille scriptor Hesiodus agricolae praecipere dicitur,  
 ante arationem atq. sationem suam tenens, vota Diis  
 nuncupet, si velit optatum finem rerum suarum con-  
 trarium namq. vis accidere norant, qui viis in officio  
 obtemperarent; sed scilicet rem omnem agerent, quum  
 non nisi furorem Diis mortalibus posuissent, intra vota  
 precas in isto opere exsauriendum. Audite nunc  
 commilitones patrisimi, Graecorum vetera, quia tunc  
 passi sunt. Sic enim illi praecipiebant: primum ipse  
 perascto, deinde Deos voca. Cui praeccepto non assequi,  
 est illud dilectissimum proverbium: Cum Minerva manum move-  
 re. Quod et Lacones proverbio petarent. Postquam maxime  
 ad moveris, Fortunam invoca. Inveniebant quippe Dei opem  
 implorandam esse, nisi rem vis aggressus ipse sit, aliquid  
 tunc nec aliud spectat bubuli fabula e villa plau-  
 strum trahentis: Etenim, cum plaustrum illis in salebris  
 veret, et succurrendum esset, ignarus autem bubulus  
 staret, et Herculem, quem pra Diis omnibus venerabat,  
 adoraret, adstabat ille, ac dicebat: rotas tanoe et  
 iugos stimula, et tunc Deum invoca, quum et ipse  
 vis aliquid; sed noli frustra precari. Quia quum  
 ait, admonitos vos tandem, Symmachi patrisimi, volo,  
 quovis vestrum diligentissime officio suo fungatur, si  
 precas suas Deo acceptas esse, siq. feliciter in studiis  
 proficere cupiat. Tu nempe Fides Libes, ora et  
 labora:

In praese si audens, operasq. fideliter uide.  
 Diriget eventum cura paterna Dei.

H. A. D. 1712



ORATIO Inna

ad  
Dictum Plutarchi:

Ταυδεῖα τῶν ἐν ἡμῖν νόρον ἐστὶ ἀθά-  
νατον καὶ βέλ-  
τιον.

In perverso hoc mundi, in quo haerens seculo non percipiam, sed multi ex  
ima plebe face dantur, qui tam adverso à literis sicut animo, ut in eorum  
perniciem Catilinariam non modo conjurationem inirent, verum etiam  
vesperas Scythenses iisdem minitarentur, vel extremum cum Scythis ex-  
cidium molirentur, si in ipsarum positum esset voluntate. Statuerent  
videlicet cum Paulo secundo huius Pontifice nominis Romano, studiosos  
literarum esse haereticos: Svaderent item ipsi, ut ne parentes liberos  
suos in studiis literarum morari paterentur, unde nec dubium  
est, quin si qui de neglectu bonarum literarum suo jam aro acriter  
conquestus communis Germania nostra Praeceptor Philippus Melancthon  
in huius vitales auras postliminio rediret, multo acrius conquesturus esset,  
cecidisse florem illum literarum, qui semel tantum nascitur: imò et  
plane, relegatas in Utopiam hodie bonas literas, horumq' indefessor Culto-  
res esse fateretur. Rebus igitur sic, partibus, quid statuendum nobis esse  
censetis, commilitones suavissimi. An cum vulgo sentiendum. An  
cum vulgo loquendum? Nequaquam. Absit nempe hoc à foro  
nostro, ut cum vulgo bonarum literarum studia flocci pendamus, qui vul-  
go ita videtur. Quin potius sentiamus, nos cum <sup>tot</sup> doctissimis viris, ac  
statuamus, dignas omnino esse literas, quae excolantur, quae in caelum  
usq' inter excolendum evebantur. Stulti interim omnes, stolidi, fatui,  
funi, bardi, blenni, blitei, buccones sunt, qui studia literarum vel ideo  
negligi volunt, quia sic videtur Vellent utiq' illi, ut omnes sui essent simi-  
les, ut privata ipsorum inscitia sub communi delitesceret, nec quisquam  
ipsorum imperitiam detegeret aut arueret. At vero ne maneat tales,  
quales sunt, consilium Plutarchi audiant, et audito hoc desinant con-  
temnere bonas literas, earumq' studium; Arrogant aures in isto Fratres  
ignorantia, et Plutarchum audiant de studiis literarum in hac desi-  
nentem verba:

Ταυδεῖα τῶν ἐν ἡμῖν νόρον ἐστὶ ἀθά-  
νατον καὶ βέλ-  
τιον.

Doctrina omnium, quae nobis adsunt, bonorum sola immortalis est  
et divina. Quidni autem eruditio res esset immortalis? Quidni  
res esset divina? Immortalis sane res est, quod ea non nisi cum  
vita possit auferri, ubi contra ea opes, honores, aliq' mundi bona  
fluxa sunt, inq' momento temporis interire possunt. Praeprimis:  
Irus is est subito, qui modo Crassus erat.

Quare Alexander, re et nomine, qui magnus erat tanti faciebat  
bonarum literarum et artium studia, ut aperiè pronuntiaret se  
malle doctrinam antequam alios, quam opibus et dignitate: nec abluvit  
Metocles, is namq' dicebat res alias, pecunia comparari posse, ut  
domum, villam, agrum, sed disciplinas liberales emi tempore.

sequuntur



virunt enim diuturnum studium, cum pecuniâ datâ statim fundi  
 possessor. Quis jam è breviter ac leviter dictis non intelligit, planè  
 ac prorsus iniquum de studiis vulgi esse iudicium? Veni  
 interim in vestro hoc, Symmachi suavissimi, ordine affare confis  
 qui non plene mecum potture exclamet: O floreat, floreat litera  
 studia, sed pereant temeraria de iisdem vulgi iudicia! Quod  
 hinc inde circumspicio, deprehendo item eruditionem, et hoc nomi  
 esse immortalem, quia victum Cultori prabet certissimum. Victum  
 prabet, eumq' non corporis sed animi. Sic ergo quemadmodum  
 non veni erubescere, quum comedimq, sic et omnem citra pudorem  
 sunt percipiendâ. Non potest enim, non potest doctrina eg  
 pollere, qui cum aequalibz certamen suscipit, siquidem eum  
 pudeat. Enimvero cibus ipsa necessitas modum cuiq' definit:  
 autem plus semper requiritur. Præterea immortalis est eruditio,  
 Cultores suos perpetuè consecrat immortalitati. Quid? nonne  
 in scriptis suis vivit Plato, quem Philosophorum DEUM  
 multi? nonne etiamnum vivit Aristoteles, quem admirari se maxi  
 scribit Cicero? Vivit, vivit ille, dum scripta illiq' quotidie teruntur ma  
 et donec durabit mundi machina, iisdem ferentur. Sic et in scriptis  
 vivit imperatoria artis Doctor Xenophon: vivit Plutarchus, aliq',  
 fama sene jam olim tanto posteritati consecravit numero, ut:  
 Ante diem clauso componet vesper Olympo  
 is recensendi me expedere. Interim et hæc ob causam immortalis  
 esse dicitur, quod munus DEI prorsus sit singulare. Est, est  
 unum eq' qui fons et origo omnis boni. Unde nec immeritò Plato  
 ille ingenii et doctrinæ divino sanguine cretus putabatur: Puta  
 et ipse Philosophorum DEUS ob amplam scilicet eruditionis messem,  
 summo nemine ac lumine cumulatus fuerat. Sic item merito sapien  
 mortalium omnium ab Oraculo iudicatus habetur Socrates: ob scien  
 tiam prorsus scilicet singularem, quâ cæteris tanquam divino munere  
 praevaleret. Nec aliâ de causâ, quam ob summam, quâ divinitus concessa  
 erat doctrinam bibliotheca viva et ambulans Museum <sup>apud</sup> Licun  
 Marandulam audit Servady. Dum vero nobile hoc DEI donum (eruditionem puto)  
 non est, sed negotio inter preces et suspiria, et quidem à divini ingenii  
 hominibz comparatur, non immeritò res esse divina dicitur. Ita namq' se  
 res habet, quod non quilibet aptus natus sit ad studia; certe, ut non ex  
 quilibet ligno fieri potest Mercurius; ita nec è quovis homine vir literatus  
 efficitur, nisi enim sit DEOR' ΠΑΙΣ aut ΕΥΘΥΝΟΣ, parum ille in studiis  
 proficiat. Ne dicam, quod deficiat citius, quam proficiat. Regan tamen  
 sic nequit, quod plurimum etiam eruditionis auferre sibi possit annis,  
 in indefessis est studiis, non otando, non dormiendo, aut oscitando se erudi  
 nem ee adepturum semper existimans. Enim vero novit ille, quod  
 proverbio habeatur:  
 Non tibi per ventos assa columba venit.



Novit et ipse quod vulgato dicto circumferatur:  
Non iacet in molli veneranda scientia lecto,  
Illa sed assiduo parata labore venit.

Unde omnem movet lapidem, ut, si forte in quibus non sit ars  
Nobis, talis ipse evadat ab nobis interq; meros tandem labores ac sudores  
aureum illud Vellus nempe eruditionem auferat. Sed ad rem e diverticulo.  
Ecce enim res insuper divina suo merito est eruditio, quia cultorum  
rum mentes perficit. Unde quum Alphonsus pro more lectioni Seneca  
(quem pra caeteris semper coluisse fertur) Parricis incumberet, ipse  
vero interrogaretur a Davalo purpuratorum praestantissimo cur  
animus mortalium ita immersus tibi cognoscendis atq; insatiabilis foret?  
Ipse respondit: Animum a Deo profectum non potest conquirere, quam  
eo cognitione rediret, unde profectus esset, animum nempe nostrum Dei  
et aeternitatis capacem esse arbitratatur: Et propterea neq; impleri,  
neq; satiarum posse credebat iis rebus, quae fluxa et incertae essent. Est de  
niq; res divina eruditio, quia omnes ordines vitae a Deo ipso institutos  
servat, eosq; exornat. Videamus, modo statum Ecclesiasticum: Nonne is eru-  
ditione in vigore suo servatur? Nonne is eruditione plurimum exornatur?  
Observemus statum Politicum: Nonne recte iudicat de eodem Plato,  
non fore beatum, nisi aut Philosophi imperent, aut qui iam imperant phi-  
losofentur? Aspiciamus statum Scholasticum: Nonne eruditio eum servat?  
Nonne promovet? Nonne ornat? Intueamur statum Oeconomicum?  
Nonne eruditio in familia adolescentiam alit, senectutem oblectat, secun-  
das res ornat, adversis perfugium ac solatium praebet? Delectat domi, non  
impedit foris, pernoctat nobiscum, peregrinatur, rusticatur. Habetis,  
Symmachi dilectissimi, unde et cur immortalis, unde et cur divina res Plutar-  
cho sit eruditio. Facessant proinde qui de eruditio vulgo fradunt, quod multa  
sape pervertant. Ego sane in promptu habeo, quid illis respondeam: Nelpam  
nempe hanc non eruditioni sed homini esse imputandam ajo. Nil si videm  
est, quo abuti queant homines. Accedit, quod multi nomine, non actem-  
re sint docti: Nam quo quis doctior, eo est humanior: ubi contra eo inhuma-  
niores sint homines, quo sunt indoctiores. Vos vero, quod unum in hoc Ora-  
tionis meae calce superest, admonitor iam, Symmachi suavissimi, volo,  
ut auro contra pretiosorem eruditionis thesaurum magis semper  
habeatis, et ad hunc consequendum omnem impendatis operam. Ego  
semper memores illius, quo Negotem suum compellat Ausonius pro-  
frectici, sedulo ne quid vos ab indefesso bonarum literarum studio deterreat,  
cauturi. Sic enim ille:

Disce libens, tetrici nec Inceptoris habenas  
Deestestare Neq;: nunquam horrida forma Magistri:  
Ille licet tristis senio, nec voce serenus  
Aspera contracta minuetur iurgia fronte:  
Nunquam immans erit, placet assuetudine vultus.

Dixi  
Fridericus Caplerus  
Glogov. Cyprianus

Plurimus



Id idem  
Dicitur Plutarchi Charonensis  
Παρετα ἕρ' ἔρ' ἡνὶρ ἡνὶρ ἡνὶρ ἔσ' ἄβαλὸρ  
καὶ θεῶν.

... hoc propterea dato inveniuntur quod omnia facere vulgi homines, quibus nec sapientia mentem confirmavit, nec  
... et laboria animum stabilivit, infestissima iniquissima de bonis artibus ac studiis literarum  
... ab una parte sunt coeli, sunt Momi et Ventores, qui dum plus quam Vaticanis adia  
... clamore exterminium Mosis minitantur. Sunt et ab altera parte Mida Trax  
... de Musica, surdi de sonis, coeci de coloribus. Nempe dum illi nihil sciunt, omnia capiunt, nihil  
... ignorantia illorum imo et stoliditas elucescit, quum sui similes esse cupiunt, ut  
... sciam quae in virtute veritatis. Vires, inquam, contemptus bonarum librorum tanto majores sumptibus  
... Nonne olim Ciceros suos et famie respillones omnis  
... Nonne habuit Maevios suos et Davios Virgilius? Sicuti igitur omnia in de-  
... Alteris quo nunc progrediat, habet  
... et percipite, quod Plutarchus edecymate Erudi-  
... sola est res immortalis et divina. Tuveo sane effato hoc quod  
... ac faulibus Eruditionem tanquam rem immortalem ac divinam vult esse commen-  
... et immortalitate sua et divinitate gaudere. Et quidni ultra hoc sac gau-  
... ad inferos demerere. Sed aperiere; Scyllam praeternavi-  
... nec accedere potest. Prae-  
... ubi una intem Eruditio est, quae  
... inter nubila cordens.  
... carum possessio non nisi a fortuna pendet.  
... ita instabilis est. Sanitatem perperam; sed esse!  
... digna res laude ac voto, morbo in et senectute facile aboletur. Est  
... a majoribus tantum non a nobis  
... quam nec bonis ira nec ignes  
... nec edax abolere vetustas.  
... quia victum prebet animi. Certè quemadmodum panis est alimentum corporis,  
... cum comedendo, sic et omnem vitam suadentem  
... doctrina valde pollere, quae cum aequalibus certamen suscipit, siquid  
... sed a plo semp requiritur. Tibi corpori et omnibus mem-  
... quo amica sustentatur, et fulcitur. Nihil omni-  
... ob oculos ponite Aristotelens ob oculos ponite Virgilium ob ocu-  
... nome sola Eruditionis laude, qua maxime conspi-  
... nome monumenta librorum a mo-  
... Antistes vivant. Vivunt ubi,  
... nec ventura silebunt  
... nec ignota rapiet sub nube vetustas.  
... Et quidni esse? Ecce n. ipse deus est.  
... nulla alia ve magis quam  
... eadem non nisi a Divini Fructu et studio in-



desesi sominis obtineatur. Nam teste Puteano, Prig in sepulchrum munes Cocythi portibus cymba ex cipret, quam in probrum  
otiosum, et stupidum ingenium Minerve favor amplectatur. Et hinc Eruditione divinum quid quia ipsa mentem perficit, quae divi-  
na pars in homine, rerum humanarum gubernatrix, nec non unicum felicitatis instrumentum. Et divinum quid quia res  
non nisi divinas ac coelestes terrenis mundanis ac neglectis, spiritali ac sapient. Divinum denique quid est, quia omnes vitae or-  
dines a Deo institutos maxime ornatur. Ornatur utique ordinem Ecclesiasticum; ornatur Politicum, ornatur decorum, in pro-  
bris oblectamentum, in ad rebus solatium, praebens ad praesidium. Quis itaque necum rebus sic stantibus non exclamaret  
Exclamo ego Graece:  $\alpha \pi \alpha \nu \delta \epsilon \iota \alpha \pi \alpha \nu \lambda \omega \nu \kappa \lambda \iota \nu \alpha \delta \epsilon \nu \alpha \lambda \omega \nu \kappa \lambda \iota \nu \alpha \delta \epsilon \nu \alpha \lambda \omega \nu$  *Exclamo ego Graece:  $\alpha \pi \alpha \nu \delta \epsilon \iota \alpha \pi \alpha \nu \lambda \omega \nu \kappa \lambda \iota \nu \alpha \delta \epsilon \nu \alpha \lambda \omega \nu \kappa \lambda \iota \nu \alpha \delta \epsilon \nu \alpha \lambda \omega \nu$*   
valor! Ita scilicet exclamo, et facere absonic jubeo omnes eos, qui, nescio qua vertigine impulsus, criminantur, ere-  
ditos esse, quae multa sepe pervertant. Non sane culpa istius peres doctrinam est, sed peres homines, quae frivole ab-  
antur Eruditione sua. Nihil quippe est, quo non abuti possint homines, si sibi relinquuntur, nec ductum unquam  
verba sine rationis sequantur. Accidit et hoc quod multi nomine, non re docti existant. Sicut, sicut hodie multi  
Lycrigeri: aut ubi Graeci? Sicut multi Laurigeri: aut ubi Poetae? Quis ergo mirabitur, si multa perperam ab-  
eruditis fiant. Ne vero vos, Symmachii suavisissimi, in eodem litis aliquando casu, quod illi qui nomine magis, quam  
re docti, solidae Eruditionis thesaurum magis sumpserunt, et ad eum consequendum omnes nervos intenderunt.

In studiose nempè pubes

Disce libens, tetrici nec Praeceptoris laboras  
Detestare nimis: nunquam sordida forma Magistri:  
Theatrali hystis sereno, nec voce serenus  
Spera contracta minuetur iurgia fronte:  
Nunquam immanis oris, placet assuetudine vultu.

D. F. X. F.

Josias Neander.  
Bellimontio- Lusatus.

Tam II



idem  
 PLUTARCHI DICTUM.

Jam averso multi homines sunt hodie à bonis artibus et studiis literarum animo, Consciliones suavisimi, ut in eorum pnicien Catlinariam Conjuratorem inuisse, et desperas Sicilienses mimitari videantur, cum vel levem etiam literarum possessionem cum Nobilitatis lesione conjunctam esse ex temporali parvitate calumniantur. Est nimirum inter homines adhuc hodie nihil tam sanctum, quod illi virtutum Sandapilarii et bona mentis tortores sacrilego ore non contaminent: Est nihil tam honestum, quod non furialiter attatrent: Est nihil tam pulchrum, quod non improbi contemnant. Quicquid a. sit. Ego tamen minime cum illis sentire possum. Nam mihi omnino non detestanda videtur Eruditio. Quin potius stolidos illos et ineptos censeo, qui id existimant, dum ois sui similes esse cupiunt, ut privata eorum inscitia deliteat, nec quisquam ipsorum imperitiam detegat aut arguat. At vero ne tam superciliosè bonarum literarum contemptum ac scopum studiorum destruerum interturbet; Ecce Plutarchum in Orchestram hanc literariam produco, qui omnino beic est audiendus, quum in hac definit verba: **UNA ERUDITIO EX ILLIS, QUAE NOBIS SUPPERTUNT, RES IMMORTALIS EST ET DIVINA.** Adeste igitur, Symachi suavisimi, quod omnium maximum primumque est, animis, et pro singulari vestra modestia ac benevolentia aures porrigite. Dicam enim leviter ac breviter, quid sibi velit vir divinus divino hoc suo effato, quod omnibus bonarum literarum soloribus è Diametro opponit. Commendatam nimirum, imò commendatissimam, nobis his ipsis verbis Plutarchus vult esse eruditionem, eam immortalem esse primo effati sui membro iudicans. Est, est sane Eruditio res immortalis quia eripi non potest. Intelligebat id suo tempore Aneas Sylvius. Sic enim alicubi in Epistolis scribit: Liquidig cognoscetis, aurum et argentum ac splendidas vestes, quae summa attentione à vulgo expetuntur, infirmam esse rem, et minime constantem, neque revera in possidentis potestate; siquidem vult, diripere atque distrahere potest. Doctrina vero et sapientia, quae ab impiis deridetur ac contemnitur, stabile est bonum, et fixum atque inconsumptum: universum bonum superbis est ac praestantibus quam ut à latronibus eripi possit. Non inconveniens illud Stilponis est responsum, quod Lucilio suo Romanae porticus Zeno, Seneca commendat.



III OIPARO  
Primum n. Stilpon, captâ patriâ, amissis liberis, amissâ item uxor  
ex publico incendio solus saluus et incolumis exisset, interrogatus à  
Metrio, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes erat, numquam  
perdidisset? Omnia, respondit, bona mea mecum porto. Horatius  
nempe ille, quod iuxta Græci Comici effatum, Doctrinâ Dño  
suo, haud eripi possit. Unde et idem Stilpon ab eodem Demetrio, r  
ferente Plutarcho, rogatus: num quid rerum ipsius quisquam eripuisse  
Nemo, respondit: Neminem n. vidi scientiam, qui eriperet. Hec respon  
dit ille; Nam reliqua bona omnia humana sunt et exigua, neque digna  
in quâ operam impendas. Est sanè Natalium splendor res præclarâ  
sed bonum à Majoribus profectum: In pretiis sunt divitiæ: verum  
earum possessio à fortuna pendet, quæ eas sæpenumero adimit ba  
bentibus, et non sperantibus offert: sunt iis tanquam scopi propositi  
magna operæ, qui cupiunt oculos exhaurire, servis malefactoribus ac  
calumniatoribus. Et quod maximum est, etiam pessimis adsunt di  
vitiæ; Gloria præterea res est venerabilis, sed tamen minimè stabilis;  
optabilis est pulchritudo, sed parvo durat tempore: pretiosa res  
est sanitas, facile tamen mutatur: Digna res laude ac voto est robur,  
sed morbo et senectute facile abolet. Et quanquam, ut uno dicam  
verbo, sint, qui ob vires corporis sibi applaudant, scire tamen debent,  
se à vero aberrare. Eheu n! quantum est hominis robur cum a  
liorum animalium robore comparatum, elephantorum puta leonum  
et tantorum! Ita scilicet omnia reliqua præter eruditionem bona fluxa  
sunt et caduca. Nec quicquam est, quod eripi non possit, præter  
eruditionem: quæ et præterea immortalis est, quia alimenta præ  
bet animi. Ne vero quispiam diffiteatur simplicem et nudam esse  
in hoc nostro effato veritatem, ego eundem simili aliquo rem omnem  
illustrabo. Certè ut panis alimentum est corporis, sic bona doctri  
næ animi. Quomodo ergo non convenit erubescere, cum comedimus  
Sic omnem citra pudorem doctrinam est percipiendâ. Non potest n.  
non potest doctrinæ valde polere, qui cum equalibus certamen susci  
pit, si quidem cum vincit pudeat. Enimvero in cibus ipsa necessitas  
modum cuiusque definit, heic a. plerumque semper regendum est. Unde non ineptè  
Plinius cum lauro doctrinam comparat. Quomodo namque  
laurus tota viret perpetuo: Ita doctrinæ fama non senescit, neque mar  
cescit. Quid iam porro dicam, cur Eruditio res sit immortalis?  
Immortalis sanè et ipsa res est, quæ cultores suos immortalitati consecrat.  
Quod si temporis hodie non esset parcendum, ego id vel sexcentis



doctoz viroz exemplis probatum irem, q adhuc hodie in scriptis suis vi-  
 vunt, et forsan ad terminum usq mundi vident. Unum tn. vel alterum  
 in medium proferam: Quid n. nonne adhuc hodie vivit in suis scriptis  
 M. T. Cicero? Nonne vivit in libris, quas de rebus a se in Gallia feliciter  
 gestis scripserat ppety Dictator Julij Caesar? Vivit et adhuc Sallustius; vivit  
 Livius; vivit C. Tacitus; vivit C. Nepos; vivit V. Maximus; Vivunt et e  
 Gracoz pte Plato, et Aristoteles Philosophoz, qdam, quasi Dii in scriptis  
 suis, qui, magno applaudente orbis literarii senatu, sepe posteritati reli-  
 querunt. Habentur, Condiscipuli suavissimi, Eruditionis immortalitatem.  
 Accipite nunc queso ejusdem divinitatem; Est a. Eruditio vel ideo res  
 divina, qamung Dei proz singulari; unde et non imerito sancta  
 esse studia Ennodius dicit. Ita n. ille: Sancta studia literaria in qly  
 ante incrementa pueritia vitia dediscunt. Dat sane Opt. Max. Deus oibz  
 pro virili portione eruditione, ut et inaudita investigare et ppendere possint.  
 Nec qa nos illi temporibz antecesserunt, eruditione quoq antecesserunt:  
 qua si in oibz equaliter data, occupari ab antecessentibz non potest. Anovit  
 id ipsum et ipse Lucretius, plus quam Cimeris licet Tarentini tenebris  
 imortis esset: Sic namq ille alicubi canit:  
 Deus ipse fuit, Deus inclute Memmi,  
 Qui princeps vita rationem invenit eam, qua  
 Nunc appellata Sapientia, quig per artem  
 Fluctibz et tantis vitam tantiqz tenebris  
 In tam tranquillo, et tam clara luce locavit.

Est porro Eruditio res divina, qa non obtinet nisi precibz: Id quod vel  
 unig sapientissimi Regum Salomon patet exemplo. Quid n. nonne is  
 imersam rerum scientiam et sapientiam a DEO imortali ardentis-  
 simis precibz impetrasse in sacro Codice legit? Legit utiq eam ob-  
 tinuisse precibz a DEO sapientia, qua parem neminem habebat in  
 terraz orbe. Est et Eruditio res divina, qa a plis divini ingenis  
 studiis indefessi hominibz impetrat: nam quemadmodum non ex uno  
 quoz lieno fieri solet Mercurius: ita nec quibet homo in virum eru-  
 ditum evadere potest, nisi quid divini in se habeat, vel plane juxta illud Poetaz

Est Deus in nobis, agitante calefimo illo:

Sedibz alteris spiritus ille venit.  
 Est insup divina res Eruditio, qa non tm mentem humana pfiat,  
 qua divina aure particula est. Sed et quia non nisi sapit res divinas  
 dedit, undeq' citra omnem metum coenatum iret. Unde non inepte Plu-  
 tarchus dicit:

periculosum est credere et non credere:  
 Utriusq' exemplum breviter exponam tui  
 Hippolitus obit, quia non veracè creditum est.  
 Casandra quia non creditum, periculum.  
 Ergo exploranda est veritas unumquodque prius,  
 Quam stulta fratre iudicat sententia.

Quandam, in se, est veritas, nec nisi iis facile fides habenda, quorum pru-  
 dentia et probitas nobis perspecta. Utrunq' est, inquit Seneca, vitium, et  
 credere et nullis: Sed alterum bonissimum dixerim vitium, alterum hu-  
 manum. Ita igitur fide, quum alter alteri adhibere tenemus, media incedere  
 via, quibusdam scilicet ut credamus et quibusdam non credamus,  
 non neque fidem adhibeamus, vitium realis; quippe si bonis fidem non ad-  
 hibemus, omnino malis credamus, cum necesse sit aliquibus credere. Quae  
 ita sint amice vos Symmaci in oculis servandi necesse, iterumq' meo  
 Epicharmicum illud tenetis, atq' discatis, nervum esse sapientiae non  
 tenere oculos. Servate, servate quae tria illa amica, quae Attica Belgii  
 Lippus Lippus alicubi amico commendat: Servate sal. mihi frontem  
 linguam parcam, mentem clausam. Esto vester vultus comis et  
 omnia omnia omnia: nec animas ulli eterno patiat. Habeatur illi in  
 vultu clausus, dum redeatis ad vestri animos et amicos. Certo enim  
 Epicharmicae sapientiae nervus hic, NULLI FIDERE, apud vos valet,  
 futurum est, quam ut Ulysses Ajaxem circumveniat, vosq' ipsi tandem  
 aliis usum debeatis.

DNR

Martinus Schaefer.  
Spott: Sil.



Elaboratio Alia,

illud Epicurmi

ΜΕΝΥΗΘΟ, ἠΠΙΣΕΙΝ,

ΜΕΜΕΝΤΟ ΔΙΤΤΙΔΕΡΕ.

**S**vanquam minimè ignorem, quam ad confandur  
sim ineptus, quamq; parum in hoc exercitij genere versatus: sc  
ptum in repimq; aliquando rudis ac impitor apud eloquentissimo  
loqui, orationemq; habere posse. At vobis igitur, Symacii suavi  
mi, qui corporibus adestis, animis quoq; ut adsitis, idq; omne q;bo  
exordiolii loco, Sophisticam detestaturq; pramittam, benigne aud  
atis, sumope gtendo. Non a. heic Sophisticam detestabor,  
quæ in bonam accipiebatur olim partem atq; Sapientiam signif  
cabat, de qua Africanus apud Gellium:

Ufus me genuit, mater, peperit memoria

Sophiam vocant, me Greci, vos Sapientiam.

Adeoque Sophista hoc sensu erat, qui peculiari quodam insti  
tuto ita procedebat, ut de variis materiis in utramq; par  
tem disputaret. Ita sanè constat è lectione bonorum Autorum,  
quarumvis artium pitos appellatos veteribus fuisse Sophistas,  
Theologos n. Medicos, Ictos, Musicos, Poetas, quorumvis deniq;  
vires graves et sapientes. Non hoc, inquam, sensu acceptum  
detestabor Sophisticam: non hoc sensu dictos perstringam  
Sophistas: Tenim quum ex abusu Philosophorum, qui ad pom  
pam in inanem gloriam, ad lucrum potiq; quam ad virtutem  
respiciebant, Sophistica et Sophista in maximum odium  
atq; invidiam abire inciperent, voxq; ipsa in deteriore partem  
rapetur, ita ut hodiernum apud nos pro arte fallendi ca  
piatur, Sophistag; crepitos cavillatores eorumq; q; simpliciores  
sunt, Deceptores significant, eam potiq; execrabor Sophisticam,  
quæ, in illaqueando et captando maxime occupata, quag;  
passim incauti in doctrina alij, alii in vita decipiuntur.  
Abesto proinde ab hoc cætu Scholastico ars maledicta: Abesto  
et res tuas tibi habeto. Detestor enim tuum commercium: de  
testantur mecum et omnes boxi, teg; relegatam ac religatam



567

ad Caucasum volunt: volunt amandatum te ad Garamantas et  
Indos. Quidni a. ita vellent? Norunt. n. quod per hanc, Plau-  
ti verbis, artem

— — In etate hominum plurimè

Fiant transfenna, ubi decipiuntur?

Atq; adepot in eas plerumq; esca imponitur,

Quam si quis avidus poscit escam avariter,

Decipit, in transfenna avaritiâ suâ.

O tempora igitur! o mores! quò effrenata tandem illa Sophisti-  
ca se jactabit audacia! Eo se jactabit, ut nos omnes decipiat,  
ni maturè observareng Epicharmi illud: MEMENTO DIFFI-  
DERE. Is n. ipse his verbis, ipsâ sapienti diffidentia nihil meli-  
nihilq; utiliq; esse, minuit. Dicam nunc itaq; quod res est. Adste-  
vos Symacii, quod oim maximum primumq; est, animis, prog-  
singulari vestrà modestiâ ac benevolentia aures arrigite faciles.  
Dicam namq; breviter, imò brevig, quam res hæc tanta dici vel de-  
beat, vel possit. At quid dicam? dicam de prudenti diffi-  
dentia, et ita quidem dicam, ut utrumq; pollicem præsur-  
mibiq; ad stipulaturi sitis, eam omnino suâ latude digna, imò  
dignissima esse. MEMENTO DIFFIDERE, inquit sa-  
piens Afer, dumq; his verbis præcipit, vult omnino, ut nobis oib; qvâ  
quam comendatissima sit diffidentia, non quævis, sed prudens illa  
quâ non cuiusvis fidem, semp illig, quod Symboli loco à mul-  
tis circumfert, memores, FIDE, SED CUI, VIDE. Quidni  
a. comendatissimâ nobis haberem; talem diffidentiam? Arguit  
si quidem hæc sagax ingenium: arguit hominem industrium et  
circumspectum, quum credulitas qvâ filia sit stultitiæ. Demens  
est, inquit Romanæ portic; Seno, q fidem habet. Proisq; igit; in nro  
debent animo sepeliri, quæ latere et ignorari volum; Quod ut  
lepide doceret Cimonides, interrogat; unde sibi malè olet  
anima? putrefactione, inquit, secretor; quæ ibi suffocata sunt.  
Non malè olet, qvâ sic olet, et inter primas virtutes fidem ac ta-  
cturnitatem numerat: Videtis, Symacii, comune ac salutari



bonum eē diffidentiam et arcanorū custodiam. Unde non ineptē Euripides  
Prudenti diffidentia utilis nil est mortalibz. Et quidni utilissima diffi-  
tia foret? calcar n. hęc itōit ad investigandum verū, quū cont-  
credulitas mater sit omnis erroris, cum in doctrina, tum in vitā  
Quid? nonne sua quēq; Seneca verbis, decipit credulitas. Decipit  
tig; unde et error magis, quā culpa ē, et in optimi cujz menti  
facillimē inrepat. O si mihi tam disertō heic liceret ēē, ut copioz  
Oratione recensere errores possem, in quos abducit credulitas! Quam  
vellem exurgere, et magno apparatus verborū rem expedire; sed quū  
mecum habitem, et nōrū, quā sit mihi curta supellex, statim sine  
confero ad tertium argumentum. Ecce n. ita ē, quōd vel propterea  
etiam comēdare nobis potuerit diffidentiam Epicharmus, quia fundam-  
tum sit securitatis, quū grā ē credulitate picula existant quā  
plurima. Possem heic excurrere, et nō vobis molestum eēt, quā  
plurima exempla in hanc rem producere. Ne tū. prozq; jejuna  
heic esse videar, unum saltem et alterū incautorū exemplū  
huc traham, ē quō ipso meridiano sole clarig pateat, quāto damna  
et noxa nimia illa in credendo facilitas fuerit? Quid? nonne  
periisse legit, in scriptis priscaevi Dio, quō non ignorans sibi ab  
lippo suis insidiar, ab amico et hospite sibi cavere pudori duxerat.  
Nonne et Antipater Casandri filig sū canā interfecto legit, quō  
quū canā excepisset Demetriū, vocatq; postridie ab eo, quō pu-  
deret fidem non habere sibi habitam, canatum iurat. Unde rectē  
Phaedrus:

Periculosum est credere et non credere:

Utriusq; exemplum breviter exponam rei:

Hippolitū obiit, quia noverca creditum est.

Casandra quia non creditum, ruit Ilium

Etō exploranda est veritas multum potius,

Quā stulta pravē iudicet sententia.

Maecteng Phaedri: Sed agite, o mei, videte, quem in Orchestra hanc  
Oratoriam pouco, Senecam. Videte, et audite: s; n. ad Luciliū  
suū ita scribit: Si aliquem amicum existimas, cui non tantūdem  
credis, quā tibi: vehementer erras: et non satis nōsti vim verā amici-  
tiā. Tu verō omnia cum amico delibera, se de ipso pig. Post



amicitiam credendum, ante amicitiam iudicandum. Isti vero praepostere officia promiscunt, quae contra praecipua Theophrasti, quoniam amaverint, iudicant, et non amant, quoniam iudicaverint. Diu cogita, an tibi in amicitia aliquis recipiendus sit: cum placuerit fieri, toto illi pectore re admittite: tam audacter cum illo loquere, quam tecum. Tu quidem ita vive, ut nihil committas, nisi quod committere in inimicis possis. Patet omnino in dictis, et fidendum esse, et non fidendum esse. Fidendum scilicet est iis, quorum fides et probitas nobis inspecta: Non fidendum tamen cuiusvis. Audiamus hinc praeclearissimum Eloquentiae Romanae decus totiusque Latinitatis parentem Ciceronem. Sic namque ille: In ea fide, quoniam alter alteri, adhibere tenemus, media in credendum est via: quibusdam scilicet, ut credat, et quibusdam non credat, qui alterutro corrumpi nolit. Bonis namque fidem adhibebis, vitiumque malis: quippe si bonis fidem non adhibueris, omnino malis credes, quoniam necesse sit aliquibus credere. Utrumque, inquit, infelix in felicissimi. Imperatoris Praeceptor Seneca, et vobis credere et nulli. Sed alterum honestis dixerim vitium, alterum tutius. Habetis, bone fruges et optima spei Iuvenes, Iuvenes incitati generis et ingenii, Symmachi gravissimi: habetis, in isto, quae breviter ac leviter, de prudenti diffidentia iustus dicere debui, volui. Sed quoniam video tempus perlapsum esse, desino plura fieri, praecipuis ubi me imparem sentio huic nobilissima materiam copiosius ediscibenda. Dum ergo finem dicendi haec facio, vos vos, vos singulos admoneo, ut Epicharmanum illud teneatis, atque ipsi hodie discatis, nervum esse Sapientiae non temere credere. Assumite, assumite, quosdam frontem apertam, assumite linguam parcam, mentem assumite clausam. Estote scilicet vester comis et communis erga omnes vultus. Pateat animus nulli externo, et velut in theca clausus habeatur, donec redeatis ad notos amicos et vere amicos. Valeat, valeat plurimum apud vos Epicharmanus ille sapientiae nervus, qui est, NULLI FIDERE. Nisi enim id feceritis, non unquam



Ulysses Ajaxes vos circumveniet: Ne dicam, quod vobis dolorem  
aliis visum debebitis, si promiscue oibz a vobis adhibebit fides, contra  
quam velit et precipiat Epicharmus, quum infit: MEME  
TO DIFFIDERE.

DIXI.

Joachim: Hildebrandt ab Hünd,  
Eqv. Zusatz. s. Veneranda



Πρώτος καὶ ἑσχατος  
Jesus!  
Sententia Ethica

XI  
Μὴ παντὶ ἐπαλάσσειαι δεξιάν,  
Ne cuius iniecto dextram.  
Ejusque.

Antiquitas, ὡς ἄλιθα Commilitonum corona, quae alacriter in hoc Myrarum Exordium. liberalibus literis operam navas, et strenuè sub Apollinis vexillo militas: Vere-  
 Antiquitas, dupliciter utebatur symbolis\* alia verbis quibusdam explicans, alia non: teste Girardo lib. de Symbol. Egyptii ad Religionis praecipue ac theologica disciplina mysteria explicanda  
 indium esse rati, ac tot tantorumque mysteriorum maiestati inconueniens, si à quo...  
 intelligerentur. Unde Fortum, ut sacer dotes Egyptiorum divina mysteria subco...  
 nota, et umbrosa allegorica figura apparentia indicarent, quae disciplina etiam in Obelisco Pam...  
 sacerdoti sapientes, ac philosophi erudiebantur. Egyptios autem inter Graecos philosopho c. v. de Sym...  
 conatus est Pythagoras, verus Egyptiaca sapientiae alumnus quippe qui senten...  
 documenta, quae dare volebat, sub obscuris verborum meandris, ac metaphoricis...  
 ita cooperiebat, ut solis sapientibus, quos vellet, insinuare; plebei autem Philo...  
 conceptis mysteriis ne quidem suspicionem relinquere videretur. Audiamus heic diffusis...  
 Graecicae Sapientiae oceanum Plutarchum lib. de Opide et hinc haec de Pytha...  
 Pythagoras maxime, ut apparet, in admiratione habitus, admiratusque sacerdo...  
 rationem eorum, et ambas proponendi, suasque sententias involuens tenuit;  
 qui vel novas institueret religiones, aut artes, legesque considerunt; hoc obscu...  
 dicendi genere usi sunt. et ab eo igitur, ut de primis exordiar, ista illius  
 foveam gladio o fodiendum; et taberam o transiliendam: sup choenice non seden...  
 non edendum: stramenta semper habenda colligata: dei imaginem in arculo mini...  
 ferendam: olla vestigium in cinere confundendum: extra publicam viam o eundem...  
 testot hircundines non habendas: quae sunt unguibus recurvis aces non nutriendas: un...  
 partibus supfluis o immingendum nequim istendum: gladium acutum deuitandum: in  
 non recurrendum ee. Symbolica haec omnia figurata, oia allegorica sunt Praecepta,  
 suam occultabat sapientiam, se ipsa, ut ad vita rationem melis suscipiendam, moresque  
 confirmandos ducerent, posteritati tradens.  
 in totidem Symbolica Propositio.

ne cuius iniecto dextram,  
 Sicut hostatus est, ut non facile quomvis reciperent, aut temere cum quibusvis  
 conjungerent. evocare quommodum illi, qui praclari alicujus edificii pul...  
 pervidere et penitus videre et penitus cognoscere cupiunt, o satis sibi ee ducunt,  
 aspectu contemplari, sed indigni tandem Eius recte asstiment, singula concla...  
 gystiare solent: Ita nos quoque, externo citati Symboli aspectu ne utiquam contem...  
 si,

Expositio.



Partitio.

ti, ante oia interiora eius paulisper excutiemus, ut tanto clarius qua ac quanta Praestantia et  
gnitas praeceptorum Pythagoricorum perspiciamus. Potest autem Symbolum nostrum, iuxta Exce  
lentissimi Dni Rectoris sententiam, cum comodissime intres, tanquam principales partes, dividi, ut  
ut primo doceatur loco: non debere aliquem esse solum h. e. sine ullo amico. Altero loco: Necesse non esse  
Orator h. e. cuiusvis amicum esse debere. Loco demum tertio: Amicitiam recte mitam firmiter esse  
tuendam. Nunc, quoniam ingenii iudicijque imbecillitas ac tenuitas non nihil me impedire, et a pro  
positi thematis tractatione avocare, aut penitus deterrere videntur, pro primis ubi viribus atque  
cillitate longe inferiorem me esse deprehendo, speram ut ydionitate hanc materiam exponere possim;

Benevolentia ca.  
ptatio.

Eo eodem pro nostra amicitia scholastica iure vos, Symmachi oculissimi oro, rogo, obsecro, obtestor,  
ut mihi breviter ac leviter peroraturus cum aures faciles, tum mentes benignas adhibere ne dedigne  
mini: Certè si hoc impetravero, quod à vobis haec peto, voti atque petiti mei sumam ut cum me convec  
tum putabo. Quoniam ergo partem sermonis quae spectat, illa utique haec, non debere aliquem esse solum  
h. e. sine ullo amico. Decet, decet videlicet nos unum l. alterum habere amicum. Curatis Symmachi, quid  
ita? Oh nolite quere. Ecce enim Sanius Philosophus vno vult eandem, utne vel ab Epicureorum, vel a Sto

Junius Orat. II. de  
studio Amicit.

icorum partibus atque aut tunc videamur, quaeque in quibusdam qu. aliquo facto, bellum amicitia indice  
bant, quibus et homines, neque aliorum gratia labores suscipere, adire pericula, molestias devotare teneret  
amicitias damnabant. Atque hiis, cum perturbationem proarent vacuitatem, amorem proque, ex quo  
ceus fonte quodam, amicitia emanat, una tollebant. Sed pro Dei atque hominum fidem, quis est, quod sit, qui  
possit intantia omnium rerum abundantia vivere, ut nunquam ullius hominis ope indigeat. Haec est  
sum videri, inquit Cicero: nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentia potest esse  
fiducia: sed oia semper suspecta sunt atque sollicita. Nonne nulli amicitia est locus. Curare si nos non  
Epicureorum, non Stoicorum vestigia persequi, si non tyranorum vitam vivere velint, iustum oia  
indaeque sunt, ut cum aliquo colamus amicitiam. Et quid cum aliquo coleremus amicitiam? Estne  
amicitia hac intota rerum universitate homini nihil utilius, nihil fructuosius Consortium

In Laio.

rum omnium, inquit Seneca, inter nos facit amicitia: nec secundi quovam singulis est, nec adversi: in  
commune vivitur. Est enim in hac rerum universitate amicitia pretiosissima. Omnium possessionum,  
inquit Darius ap. Herodotum, pretiosissima est Vir amicus: Solus et bene sentiens. Unde et amicum  
in summo pretio putare iubet Chiron, quum vno thesaurus magnus sit bonus amicus. Amicitia sanè di  
vitiis pro gloria, pauperibus pro censu, exulibus pro patria, imbecillibus pro virtute, pro medicina agra  
tis, mortuis est pro vita. Unde Julij: Solem videntur emundo tollere, quae vitam omnium amicitiam  
tollunt. Amicitia quippe quaedam vita est hominum, sine qua nullum vita humana est solatium. Cur ergo  
magis necessarium bonum est homini quam amicitia? Nihil sane. Ecce enim non aqua, non ignis,  
non aere, pluribus locis crebrius quam amicitiam utimur: sine amico, ut ille ait, visceratio, leonibus  
non possunt, in his oia nostra vicaria fides amicorum supponitur: quam quae latet, opponat com  
mune omnium praesidium, et quantum in ipso est, disturbat vita societatem: non enim possunt quos  
oia acere: Aliis in alia re est magis utilis. Quare amicitia comparant ut commune commodum mutuis  
officiis uberetur. Accedit eodem, quod amici veri nec ipsi voluptates plane aspiciunt, iucunditates  
sem excludant, respuant letitiam, sed eos etiam, quos cum vivant, oblectare atque exhilarare conentur: ea  
de causa et iocundantur, et conviviis intersunt: Festivis ludis aliisque se recreant, ac respiciant: ve  
rum cum hoc in finem faciunt, ut oblectationes aliquantulum aliquam utilitatem habeant. Cur ergo? Non  
ne amicus pro utentibus fortunam adfert letitiam? Adfert ubique. Nonne in adversis amicitia magno  
solatio est utique solatio. Affirmant hoc uno ore necum ois ois Poeta: et recte quidem affirmant, non  
nil iucundius reperiri amicitia. Nec solum iucunda existit, ubi venti admodum sunt secundi: verum etiam  
in adversa tristisque fortuna nil iucundius amicitia. O dulcem igitur vitam amico sociatam! O morborum  
omnium dolorum omnium levamen amicitiam! O vita bonum, quo uno amara dulcescunt, mollescunt a per  
levigantur scabra, prosperantur adversa, hilarescunt tristia, siccantur lacrymae, et mors ipsa dulcis

Pro Rosio Amer.  
vita est.

Curare nec Latinitatis Dux Cicero alicubi sic amat loqui: curibus in rebus ipsi interea  
non possunt, in his oia nostra vicaria fides amicorum supponitur: quam quae latet, opponat com  
mune omnium praesidium, et quantum in ipso est, disturbat vita societatem: non enim possunt quos  
oia acere: Aliis in alia re est magis utilis. Quare amicitia comparant ut commune commodum mutuis  
officiis uberetur. Accedit eodem, quod amici veri nec ipsi voluptates plane aspiciunt, iucunditates  
sem excludant, respuant letitiam, sed eos etiam, quos cum vivant, oblectare atque exhilarare conentur: ea  
de causa et iocundantur, et conviviis intersunt: Festivis ludis aliisque se recreant, ac respiciant: ve  
rum cum hoc in finem faciunt, ut oblectationes aliquantulum aliquam utilitatem habeant. Cur ergo? Non  
ne amicus pro utentibus fortunam adfert letitiam? Adfert ubique. Nonne in adversis amicitia magno  
solatio est utique solatio. Affirmant hoc uno ore necum ois ois Poeta: et recte quidem affirmant, non  
nil iucundius reperiri amicitia. Nec solum iucunda existit, ubi venti admodum sunt secundi: verum etiam  
in adversa tristisque fortuna nil iucundius amicitia. O dulcem igitur vitam amico sociatam! O morborum  
omnium dolorum omnium levamen amicitiam! O vita bonum, quo uno amara dulcescunt, mollescunt a per  
levigantur scabra, prosperantur adversa, hilarescunt tristia, siccantur lacrymae, et mors ipsa dulcis



Tam efficax sit. Amicitia ac conveniens remedium est in rebus cum secundis, tum ad...  
 amicitiam accedat ad alteram sermonis mei partem, q̄ hæc est: Non debere aliquem esse talis quod hæc.  
 Discite, o discite, ornatissimi Musarum puli, cautius heic mercari, ut ne  
 in vestram recipiatis amicitiam; Ne, inquit Nazianzenus, cum flagitiosis, & pe,  
 adolescentibus gnetudinem habeat, sed bonos tantummodo amate, bonos summa cum di,  
 cura investigate, quorum scilicet vitatoda evadere possit; & secum præclare consortibus:  
 pacatis simis, sed pacatis simis ego ac honestis delectamini: Id, inquit, ut imitari, quorum  
 familiaritas prodesse videtur. Et quoniam solos bonos, solos probos amaretis, ut demum de,  
 Et enim, quoniam oēs amicos habere oportum sit, ut est, inimicos non habere. Ita  
 admodum locuples, oīq̄ exceptione major Seneca dixerit, tandemq̄ concludit,  
 si quidem in plures nimis diffusa sit, turbare; At vero utriusq̄q̄ consideratis  
 amicitia auctori ac factoris morem geratis, volo, non nisi cum bonis amicitiam  
 Non ignoratis id, quod sacris in Bibliis apud Siraicidem legere licet: omnis contra  
 picam, maculatur: malorum gaudens conversatione redditur deterior: contra autem  
 consociatione melior esse fit. Necesse est, q̄d q̄ ab impiis, q̄ secum ipsi maxime pugnant,  
 in impunitam male agendi licentia collocant, sinceram expectet amicitiam:  
 egulat sinceritas ab impiis greges, suntq̄ pauci ex multis amici, hōi q̄ certisient. Unde  
 Phaedrus: Vulgare amici nomen, sed rara est fides:  
 Cum parvas sibi ades fundasset Socrates,  
 Et populo sic nescio q̄s, ut fieri solet:  
 evaso tam angustam talis vir ponis domum?  
 Utinam, inquit, veris hæc amicitis impleam.

Adterdium eamq̄ ultimam sermonis mei partem, q̄ est hæc: Amicitiam recte mitam  
 hanc, hanc scilicet non ignobilem partem ne utiquam silentii martellis  
 evare aggrediar eam, & paucis dicam, quæ dicenda restant. Quare aut  
 Symmachi varissimi, quæ ratione semel conflabam se constanter conservare possi  
 Audite: Amicos vestros, si veri futuri sibi amici, omnitemore non ore tactum ama  
 alter nihil sese plus quam alterum amet: quod si tantillum inter sit, jam  
 occiderit: cuius est ea vis, ut simul atq̄ sibi aliq̄, quam alteri maluerit, nulla sit.  
 Amicus est, non cassa nups  
 non blandi nictus.  
 Amicus Amore,  
 ore, ore et re.

Cic. 1. de Legibus.  
 Paphus lib. 7.  
 Epigrammat.

hæc sincera dilectionis offerant Armodig & Aristogiton: cum n. ad regem Phalarim Hyginus fab.  
 venissent, ac deprehensi jam essent a satellitibus armati, Aristogiton a. satellitum  
 Armodig ad Regem phalaris, q̄d siturus q̄s ei fuisset comes, linguam dentibus  
 regis in faciem misit, ne amicum p̄deret. O Amorem sincerissimum! O A,  
 Amorem certissimum! Vah! quid est, quod non possit Amore? Postquam d. Scribanus.  
 illi honorem, opes, regnum, salutem, vitam, Jonathan. Quid est, quod non  
 tenet? letus haurit venena, & ferrum, at amicum tueatur: letus p̄fundit vitam, vitam  
 longiore. Cum n. se in amico vivere arbitretur, æquidem nobilitate in illo quam in se vita,  
 ut nobilitatem in illo vivat vitam: opibq̄ etiam epui gaudet, dignitatibus potiarium,  
 citius fortunam, dignitatesq̄ amicis cum p̄ferat, gaudet fraudari suis, si per hoc  
 nihil sibi gloriosius arbitratur, quam p̄ amici incolumitate sanguinem fundere. d.

O felix hominum genus,  
 Si vestros animos amos,  
 Evo caelum regitur, regat.

Valer. Max. 1. 11.  
 6. 7. n. 3.  
 Boethius lib. 11.  
 metr. 8.



Seneca .

Præterea, o mei, Amicitiam rectè mitam firmiter tuebimini, si à teneris consensum et societatem  
consequi a voluntatum frequentabitur: subdè quæ vetus illa lex è iuste veras amicitias, sub  
amici semp velint idem, semper nolint: l. plane iuxta Cabilinarum illud, quod apud Sallustium  
his legeretis vobis: Idem velle et idem nolle, ea demum firma è amicitia. Quæ autem quantum bonum  
est ubi sunt præparata pectora, in quibus tuto secretum omne descendit; quorum conscientiam minus quam  
vestram timeatis; quorum sermo sollicitudinem leniat; sententia consilium expediat, hilaritas  
tristitiam dissipet, a peccatis ipse deleat, cum quibus etiam audeatis sic loqui, ut vobiscum. Nec  
minus hoc quod vobis fieri poterit convietu et familiaritate. cum autem amicitia, non possit  
sentire officiorum satietatem, sed quæquam illa crebra, et continuis simillima, vos tamen semper  
ut rara et diu desiderata ea habeatis: etiam si in gratificari studeatis, quibus bene cupitis.  
In his quædam rebus, quæ utriusque commodare poterit, præsto sitis, quæ autem ipsi melius amico provide-  
tis, ea rectè administratis: neque præstantis obsequii dulcedinem totius reliqui temporis utilitati ante-  
ponatis. Evidet. Sed, Symmachus dulcissimi, necesse heic quoque est, ut æquo animo amicorum ve-  
rorum infirmitates feratis, libere eosdem moneatis et castigetis: Est sane iuxta Auson.

Amicum castigare ob meliorem noxiam,  
Immune facinus, verum in etate utile  
Et condicibile.

Cum autem plerumque molesta sit veritas, atque hoc habeat amicitia peculiare, ut plerumque turbetur  
si dicatur veritas, vel plane iuxta illud Comici, Obsequium amicos, veritas odium pa-  
rit; admonitio quædam et castigatio amici non sit acerbæ, oburgatio non sit contumeliosa, et ho-  
nesta frequentetur et parvis affabilitas. Omnis tamen tentatio est periculosa et à conditione amicitie alie-  
na. Audite vero heic illud beati fimbrii: Siquis vitio suum deprehendit in amico, illum prius  
occulte corripit: si tunc non audiverit, corripit ipsum palam: si vero se cadipubuit, vos corripite. To-  
lerabilia enim sunt amici vulnera, quoniam adulantium oscula. Tandem etiam mitam rectè am-  
icitiam conservare poterit, si pro amici salute divinis Numini preces fundatis ardentissi-  
mas, vota nuncupetis calidissima, latantes amicorum labia æque vestra, et pariter dolen-  
tes horum angustibus: Nam secundum Kriam Sol è ait Seneca, ut et amicos complectamur,  
et amicorum acerbè utrimque proprioque letemur. Evidet autem per ipsa ipsa amicitia precaremur? A-  
micus siquidem è tanquam alter idem. Neque quisquam ex Pythæ oraculis laudatoribus repugna-  
bit, quæ amicum alterum eundem definiunt.

Quæ quædam ista sunt, vobis, qui in usus  
manipetiores colitis, veram amicitiam ex animo commendatam, velim, habeatis, imò comen-  
datissimam: non vobis tantum ornetis eam, velim, ~~habeatis~~ sed acerbè et re ipsa colatis, se-  
culo cauturi, ne pro fus omnino sitis à Quibus. Certè enim quem admodum cum plures una  
iter faciunt, si quis forte lentè vel testudines, quod ajunt, gradu progrediatur, ab aliis ut-  
cumque prætrahitur: si plus æquo verò festinet, retrahitur: solus contra quod proficiat, aut itinere  
rista adis affectis residet: aut loci plane ignarus si exploraverit, tota vita aberrat: Ita  
ferè plane his illis, qui solitariam vivunt vitam, accidere solet: ut quæ cum nemine conspiciunt, neque  
amicitiam aliquam et familiaritatem contrahunt, vel Endymione fiant somnolentiores, vel Narcissum  
secundissimam prævisione tumescant: ad rei verò publica gubernacula alioquin res graves adhibiti, aut plane  
sunt acerbè coliti, veluti Solem, ita homines, in umbra educati, reformidantes: aut loci si cooperint; ipsi igno-  
rantiam atque stultitiam suam aperientur: in actionibus inepti: in moribus incorrupti, in suis inurbani,  
et rusticis plane deprehendantur. Nec dicam, quod illi, quæ plane à Quibus, et Pericles, et Cæsar, quæ non  
deorum Honoris vobis existant. Cavete tamen et vobis, ne sitis veli Quibus, cum promiscue amicitiam  
ac familiaritatem horum admittentes. Non sicut facile recipere debetis neque temere conjungi cum  
vobis vos compellantibus, neque amare, quos secedantur: Sed potius secedant dignos amicitia. Neque enim  
impugnandum è, quod amplectamini, quæ facile paratu est. Nam ut ericam et rubum, quæ vos  
prehendunt, calcantes et dimoventes ad oleam vitemque ferimini: Sic non debetis præter eos, quæ  
vobis applicandè admittere in amicitiam, id est ipsi potius apprehendere eos, quos experti estis dignos



Sicut itaque Xenopi quibusdam culpantibus, quod tarde pingeret, respondit: fateri se ultra tempus inuenire pinguendo, quam multum tempus vellet cadurare, si pingeret: ita multum tempus probata amicitia durabit. Quodsi vero cum delecta amicis tandem amiseritis, firmiter moneo, ut se in vitam tue amini, moneo. Nempe quum amicitia mutuis conficit officium, quod vincturpissimum, esto vestra illa amicitia non mediocri, neque tacita, multo mihi, sed firma et ingenua sine omni blanditie et dolo. Quodsi peccet amicus, ut cerse ad peccat, sentiamini, sed etiam libere, monete et castigate: Dicitur quod ipsemet agere non possit, non quam re ipsa ipsum iurore, etiam non rogati sine peccato et mora in omni fortuna, ma- tamen ad ipsas in qua potissimum amicitia fides cognoscitur: si accusatur defendite potius quam peccate: ut vosmet ipsos, ac in pectore recipite, prospera quaeque apprecantes: Inun- de defendite, neque absentem neque mortuum, neque morbum. Sic, si oro fiet a vobis, quod vult, quod praecipit Philosophus Samius, quum alius, usque vel sexcentis, quae habet, Symbolis se fa- lantibus amicitiam, hoc quoque subiungit:

Μη παρὶ δεξιάς ἐπιβάλλειν.  
DIXI

Georgius Ervire,  
Annaberga - Misnicus.

Elaboratio alia  
eiusdem dicti  
Pythagorici:

Μη παρὶ ἐπιβάλλειν δεξιάς:  
Ne cuiusvis iniuncto de phan

vestrum est, Symachi laudissimi, equis est isto, quod non omni notissima in laudes Scola Pythagorica descendat? Equis est, qui Pythagorica informatione ea laude, qua par est, necum non extollat? Et quid mi extollerem? quid in Philosopho Samio, quod iam olim alij in caelum usque summis laudibus extulerunt, dicitur? Ecce et ille est, qui duobus duos propterea ita dixit, ut ipsi in Symbolis consistere. Ita se res sese habet, quod Pythagoras vivendi praecipia Symbolice proposuerit, Omnes ὅλα τὰ ἐπιβάλλειν καὶ ἀποφύγετε ἐν ὅλοις τῶν ἐπιβάλλειν, significationes, et arcanas notitias, quem quodam sensum, in se veritatis haberet, detegere et aperire, formamque orationis enigmatica et adhibens, suis postea rebus applicans, modo ad omnes simul virtutes totamque vitam referens. Neque id sane sine Fructu ingenti, quem sui capiebant immeritis bonis, nam dum talia atque alia Symbola discipulis suis proposuit, memoria illorum habuit, adeo operavit, ut ad quamlibet rem memoria memorandam, Sabiles atque omnia talia siquidem Symbola non fortiter sterilia namque continebant praecipia, sed habituum mercurialium erant, quae indicarent, qua via in humana vita pro- quid? quod iuxta Helicium ac Cyrosinarum esset, ad quas quidem omnes actiones, simul ac cogitationes, dirigeret. Et his insuper Symbolis quae e cerpe- discipulis imminencia discipuli pericula suspiciebant, quae, ne validum impetum facerent, sola prudentia que repellerent. Accedit porro, quod e tot tamque Symbolorum sarragine, in quibus praecipuum non tantum Pythagoras, sed etiam Chylotag, Barondas, Saleucy, Cryston, Archytas senior, Xylis, Empedocles, Emenides, Aolon, Leucippus, Alomaon, Hippasus, Thymendes, Sc. Aedoniam prudentiam Socraticam haurire liceat, ut praetentorum recordari, ut ex ante



cedentibus ea, quae futura sunt anteviderere, utq; de iisdem optimam coniecturam facere possim. O ergo auro contra cariora Symbola! & Symbola omnibus gemis contra pretiosiora! Ego sare nullum vestrum, si veres oratissimi, affore hinc puto, qui non pleno gradu ad Impudissimum Fontem Sythagorica Sapientia necum propelet, utraque me possas agenda ex eodem Praecepta duciat, in mihis sensibus instillet. Inter alia a. quoniam et hoc Sythagoriam idq; maxime memorabile, circumferat Symbolum: *μη παρη' εμβαλλειν δεξιαν δε.* ne civis impicito dextram, ego equidem, iubente eo, cuius qd. ne plurimum valeat Auctoritas, impudentiam, idem quod sibi velit Symbolum, sine illis ambagibus aut verborum anfractis, dicam. Ante v. qua pro modo ingenij mei id facio, a vobis qui in iisdem Musarum Castris necum sub Atollinis vexillo strenue militatis, maxime contendendo, ut attente bonaq; cum venia me dicentem audiat. Adeste quae aures: adeste animis, quotquot ad astra corporibus, et linguis animisque favete. Etenim n. vero per Deum immortalem! nonne ita est, quod Sythagoras laudato hoc Symbolo Cautum suis jam esse voluerit, ut ne temere re promissaque amicitiam cum quovis homine contrahamus. Audiamus cum ait huc semel nobis precipientem. Sic nempe ille praecipit: *μη παρη' εμβαλλειν δεξιαν.* Ne civis impicito dextram: Cuius a. quid aliud significat dextram impicere, quam animum alicui suum devovere, amico totum se credere? Certe sine Fide sacra amicitia non constat, ideoq; necesse est, fidem dextra parcat. Cuius in vultu animum gerunt, cum simulari, fallere, decipere in proclivi sit, ideoq; non omnes tam boni sint, ut amari mereantur, nec omnes tam digni, ut dextra ipsi porrigatur. Quare primo quod loco cautissime vult Sythagoras, ut ne quovis incedere ac temere in amicitiam recipiamus: hoc n. experientis amicitia constat, sed ex similibus. Audiat hinc Romanae Sortis Ceronem, quisquis amicitiam contrahere cupit, t. alicuius ita: diu cogita, an tibi in amicitiam recipiendus sit aliquis. Audiat et idem ille Hieratem, q. sic in oratione ad Demonicum: *μηδερα ψιλου ποτι, ηπιη' εφελαβης πως ηεξπαλα λος ηπωλιγορ' ψιλορ' δε.* Neminem adiungito tibi amicum priusquam exploraveris, quomodo prioribus usus sit. Audiat, audiat ipse, et campse a causam non quemlibet, quem in trivis, quod dicitur, invenit, amicum suum eligat. Nec multos, sed paucos, eosdemq; probos adsciscat, omnem tui lapidem in vens, ut amicitia cum paucis mitam semper tanta tecta servet. Praeposetam interim amicitiae Conciliationem, quisq; per amici non vult falli nomen, care et angue pejus vitet, Thoma Carlij acquiescens potius, quam aliorum, sententia. Is quippe hic senectute cubi. non placent isti mihi, qui mihi colloquia quotidiana frequentent, et inter vobis tormenta novas fraternitates amicitiasq; veteribus iungant, nec amicos esse se putent nisi omne vinum vomitu remanenti fuerint. Quicquid ergo sit: vos amicum probatum et minime fallacem niventim. toto pectore admittite, tam audacter cum illo loqui mini, quam vobiscum, nec ipsi illi in adversis haerenti dextram porrigere, sicut Ariadnes in Calyris plurimae angustiarum erranti praefere, quia mo, si necessitas efflagitet, una mortem cum illo periclitante oppetere dubitate. Et quidni tales vos a amico probaretis? Ab Aegyptis, referente Alexandro ab Alexandro, more receptis legimus, ut illi q. amicitiam inter se colerent, ac frequentarent, sibi nomen Curato v. h. v. orlor, q. commorientium, adsciscerent, quo quidem amicitiae genere nulla Sanctis firmitusq; quondam erat: ne dicam frequentis. Quid? nonne in amantissimis bibulorum natis talismodi amicitia viva exempla proponunt nobis David et Ionatsan? Certe si Sacrum inspiciamus Septim, satis luculenter apparet, quam immenso caritatis affectu Ionatsan Davidem, et David Ionatsanem prosecutus fuerit. Hi siquidem invicem amicitia nunquam intermontura tesseram ex-



Nonne est, si a sacris ad profana transeamus exempla, licet  
 nobis sincerissima amicitia exemplum praebent florentissimum amicorum  
 par, Xisus et Euryclo, quippe qui ipsa morte ab se invicem seque  
 non poterant! unde et sibi immortalis famam apud seram posteritatem concilia-  
 Xp. tam memorabili constantissimae amicitiae, genere nobiles istudis  
 e posteritati, ut ob oculos id sibi positum sint.

Et nati nationem, et qui nascentur ab illis

etiam memorabile, quod quidem universa praedicabit posteritas, Damonis  
 et amicitia, dudum in Annales D. Menochres velata. Memorabilis quoque  
 Soetas thesei et Syritsoi est amicitia. De his siquidem, fabularum sigillatim  
 Ovidius ita canit:

Thesea Syritsoi non tam secessisset amicum,  
 si non inferas vias adisset aquas.

quod nullo alia res sint, quam sanctissima illa natura  
 et caritatis munda, quae totum genus humanum artissimis nexibus devinciant,  
 tam rigida et frigida frontis est homo, qui amicitiam non colat, qui conversatione  
 non adest! Ne a Syritsoi, verbi gratia, a thesios nam aversos, sine tribu,  
 sine lege, qui a Syritsoi omnia avergat conversationem. Probet seic nobis  
 exemplum Timon Atheniensis: is quippe, quum abhorruisset ab omnium homi-  
 nibus, et ab omnibus cogitationem cepit, et quidem recte: namque

Tam miser in silvis naerens errabat opacis,  
 ser campos solus latos, perque avia vira  
 hunc suum cor edens hominum vestigia vitans.

Sed nolim ego vos, Synnachi, unquam iisdem annumerari, qui nescirent aliorum  
 amicitia ac consuetudine uti. Vestis n. ipsi, quod dulce admodum et suave  
 est cohabitare in unum. Honestum scilicet et jucundum omnino est, amicitiam  
 quippe quae in omni fortuna jucunda est ac honesta possessio. Ceterum si vir  
 honestus ac honestatem, magis in prosperis rebus amicos requirit, docet Aristoteles,  
 cadentes subsidium vita, florentes ornamentum vitae quae quereunt. Est et  
 jucunditas ac delectabilis, quam reflantibus fortune ventis et refluentibus divitiis,  
 adversis, dulcissimum amicitiae nectar gustare. Quis quid dulcior est, quam habe-  
 re, quo omnia, ut tecum ipse loquaris, quo cum tua communices consilia, si res  
 maximas: quae item in rebus secundis delectationi, in adversis solatio. Nulla in  
 res magis animis honesta induit, dubiosque revocat in rectam viam, quam bonorum  
 conversatio. Ne dicam de ingenti fructu, quem amicitia centuplici quae fore  
 reddit. Nam Micipsa apud Salustium, nullum majus imperii instrumentum,  
 quam boni amici. Non sane exercitus, non thesauri praedia regni sunt, verum  
 Quare Alexander M. interrogatus, quo loco essent ipsius thesauri, amicos  
 respondit, eos veros esse thesauros suos, affirmans: Omnes siquidem fortuna  
 expositas esse sciebat: spem suas sciebat non esse, et ipse nullas excedit  
 amicitiae, in quos fortuna nihil juris haberet. Sed vos Synnachi sincerissimi,  
 quae queritis, dum ita de amicitiae jucunditate, utilitate nec non honestate disci-  
 mus, cum quo firmissima amicitiae vincula contrahenda  
 ego vobis respondeo, cum bonis, cum probis, cum candidis hominibus. Nam mali  
 homines putari et putridi fungi fugiendi sunt, nec quicquam cum illis commercij  
 habendum. Namque et hoc omnis honesta ratio, modo Deus ipse epigit. Audite  
 Sytagora Symbolum: μη νευραται μητ πελαγουσιν τε. Ne  
 veuis ex iis, quibus nigra cauda est. Nam



involutum si removeamus, idem est, ac si velit precipitatus Vir sapiens, pravum  
et improbum Totalem ab omni intimiori consuetudine removeendum esse. Etenim sic  
Ves habet: vitia vitæ sunt fuligines: facile inquinant, et malis aliquis, malum nisi  
noveniat ex bono malum facit, quippe qui bonum malum esse vult, ut sui semper  
beat similem. Ita Scilicet proflis non sine contagione improborum familiaritas esse po-  
test: Nam conspurcatus ovis, qui canum alit litem contrectat. Dum a. hic aliquis  
sibi amicum eligit, is videat, necesse est, ut in retinenda, quam concilianda sit  
melior. Eræ ceteris quidem eò omnes nervos intendat, ut inter multa vitæ officia  
eum quoque sincerè diligat, quem amicum sibi elegit, quia sola fraterna dilectio et con-  
cordia homines sororio q. vinculo conjungere solet. Juv. quod et concordia consensu  
tanquam fundamentum amicitia<sup>seis</sup> requiratur, nam in concordia adsit certissime tota  
illa conjunctio miserè corrumpit, quippe quæ lubricis nitidis vestigiis. Nempe quæ  
modum domus ruina<sup>pro</sup> vicina est, quæ fundamento caret: quemadmodum somnium  
facile mole sua ruit, qui columnis destituit: quemadmodum denique corpus humanum  
absq. cibo et potu sustentari nequit: ita cum amicitia comparatum esse videmus: hoc  
hoc n. sine concordia neq. vigere neq. florescere potest: Unde et Amici hoc per-  
petuo Symbolo debent gaudere. Vos duo Concordes animam moriens in una.

Neq. tamen minor est confirmatio amicitia sperabitur, cum familiaritate convictis  
amici inter se devinciunt. Tunc n. futurum est, ut omnia amici fiant communia, quæ com-  
munio quæ non nisi in externi habitacionis presidio, in victus et convictus ratione, in conver-  
sationis denique quotidiana et colloquiorum subsidio vertitur. Sic ergo non est, quod dene-  
get Verg. Amicus Besco suo liberalem studiorum atq. officiorum communionem: Non  
est, quod, si quæ præstantiora eruditorum scripta, quæ secunda vice relegi merentur,  
possideat, illorum exortem non esse sinat amicum. Sed tu, quicumq. es, quicumq.  
cum bonis hominibus contrahere amicitiam studeas, tibi præsum hoc habeas, velim,  
quod amicitiam nequaquam contracturus sis, nisi verum amicitia fundamen-  
tum virtutem habes. Nam juxta illud Ciceronis: Nihil est amabilius virtute:  
nihil quod magis alluciat homines ad diligendum: quippe cum <sup>propter</sup> virtutem et sobrietatem  
eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. Contrahere nunc tan-  
dem turgida Orationis meæ vela, quæ portum vides, et vos præprimis in hoc  
Orationis calce, Symmachi dilectissimi, amici moneo, ut studeatis non nisi cum bo-  
nis contrahere amicitiam, semper memores futuri illius Sytagonici, quod leviter  
in Tractationis limine illustratum est. *in parv. epist. ad M. de Sen.*  
Ne cuius in parvito dextram. Nam

Noscitur ex Poio, q non cognoscitur ex se.

Dixi

Kristopborg Danijf.  
Boleslã - Silesig.



Oratiuncula ad Verba  
 Ἐκ' ἐπιπέδου ἑστὸς αὐτὸς Ἰσὴν εἰ μὴ τὰ ἡλεγοῦντα.

Non dicere debet verba nisi alata.

Exordium

Quemadmodum tintores, o florentissima Studiosa Juventutis Corona, ea ipsa vesti-  
 menta, quae tincturam admittere debent, tringendo prius expurgant, ut minus eluendam tincturam  
 imbibant, ut imbibant colorem, qui et dui et expurgari nunquam potest: ad eundem modum Italice  
 Princeps Pythagoras preparabat eos, qui tingendos, qui imbuendos se ipsi ostulerunt.  
 Non enim primum fucalam illam instillabat eruditionem: neque laqueos, quibus Sophistarum vulgus  
 deludentes implicat, necebat, sed quinquennale, ut discipulorum modestiam ex periretur, pre-  
 ferret silentium; quippe qui verba potius praemeditata quam inconsiderate effusa a suis exi-  
 stenti, sedulo cavens, ne quaestioibus novitij, et altercationibus implicarentur, neve a temeraria  
 peroratione, sed a sobrio et attento silentio auspicerentur sapientiam. Non ignorabat  
 Vir Sapientissimus, quod admodum difficilis res esset linguam in lubricis faucium  
 constitutam retinere aut cohibere eam, quo minus limites sermoninandi transiret.  
 Unde nec ipse dubitabat silentium mature suis commendare discipulis.

Quod ipsum iociter faciem ut scilicet mature moderari lingua nostra dicamus omnes, discamus  
 quod quod in hoc Musarum Caritatum domicilio adsumus et ad hoc **FUNECII** no-  
 stris famigeratissimi consilio ac iussu considerabo et aperiam, quid Episteton, quod  
 in eorum Poetarum Praecipuum Homerum legimus, quando verba alata vocat, sibi velit,  
 et sonat proposita sententia:

Propositio

Ἐκ' ἐπιπέδου ἑστὸς αὐτὸς Ἰσὴν εἰ μὴ τὰ ἡλεγοῦντα.  
 Non nisi verba alata licet loqui.

Quam tibi ego faciam, Vos, Commilitones oculissimi, oro, rogo, obsecro, ut per bre-  
 vis spatium benevolae benevolentium aurium ades mihi locetis, meamque orationem  
 in vestri Aulo ac filio contextam aequissimis auribus audiat.

Expositio

Non enim vero imago et barbarus animi sermo est: nam qualis Vir, talis oratio.  
 Quae vos, Juvenes oratissimi, satis prodixit quotidiana rerum magistra experientia  
 praefataeum praevidere ager foret, si mutis id probare vellem exemplis. Ne autem  
 sine ullo exemplo verba profere videar, unius Homeri mentionem deic faciam,  
 vel quis ingeniorum Praecipuum, ac scientiarum fontem eum fuisse iudicaret, nisi per-  
 ceperat loquentem? Unde veneranda Antiquitas ore eum taxatulo omne sapientiae genus  
 quasi exmentem, ut refluentes ab eius ore liquores ac flores in Amphoris Philosophi-  
 cae, Oratores, Astrologi, Poetae, Pictores colligerent, ob oculos ponere potuisset, nisi  
 non audiret? Factum igitur hoc est, ut doctissimi Viri et Reges ac Principes  
 in summo pretio habere ceperint: in tanto videlicet pretio haberi coegit  
 Homerus: ut et Graeci olim et Romani homines filios suos Homerum ante aras et solum  
 ab aetate doceri iuberent: ut ipsi etiam, siue publicam, siue privatam vivebant  
 unius Homeri lectione sese oblectarent, et Homero iucunde disputarent, et Homero consilia  
 vererent, vere familiari, deo pare et bello ex Homero loquerentur, et Homero lites diri-  
 munt: nulla denique pars vitae erat, quam quodammodo non exornaret, non adjuvaret Ho-  
 merus, ut quae qui in una fage voce, tot pondera rerum contractet, quot alij Autores vi-  
 gintis sententiis recitare solent. Patet hoc vel ex unico Episteto, quod Divinus  
 passim habet, quando ἡλεγοῦντα s. e. alata vocat. Plus sane unum hoc Episteton  
 verbum habet, quam quod una, eij satis prolixam oratione cui potest vel expediri.



Certius interim est, quam quod certissimum, alas propriè avium esse, quarum simile quid tamen in sagittis et in lesionibus reperire licet. Dicuntur enim in his alae equitum, quae in acie latea utrinque muniunt. Erat scilicet uni legioni ala una: in una ala turma decem. In acie vero instructa alae equitum ab utroque latere tegebant agmen alarum iustar. Undè ala dextra et sinistra. Constat ergo è dictis verba alata ob triplicem Analogiam dici; ratione videlicet velocitatis, ratione efficacitatis, et ratione securitatis. Certè enim, quemadmodum avem vel sagittam cubere possumus, dum eam in manibus adhaec habemus, dimissam vero revocare non valeamus: ita sermo tacitus in nostra est potestate, emissus vero non item; senel enim emissum volat irrevocabile verbum, nullam orationis partem manet, quum jam jam è missa non revocari nullo modo possit. Et quam vis etiam vera essent, quae refert Gabriel, quod scilicet in quadam parte India verba loquentium, priusquam frigore congelata, in terram ruerent, aut in aere suspensa usque ad tempus verum, cum a splutis flantibus Septentris incidit, decerent; quis tamen posset tantis frigoribus tam levi elemento ea revocare? Volat ab alijs ad alias oras, et brevi in rumorem coarctatur, totasque saepe regiones permeat sermo:

En magnas it fama perurbes:

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo:  
 Parva metu primo, mox sese attollit in auras,  
 Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.  
 Nocte volat caeli medio terrae per orbem  
 Stridens, nec dulci declinat lumina somno.  
 Lyce sedet custos, aut summi culmine tecti,  
 Turribus aut altis, et magnas territat urbes,  
 Tam fidi praesentis terrae, quam nuncia veni.

Quid? quod è Pelionum Vatem:

Nocte dieque patet: tota est ex ore sonanti,  
 Tota fremit vocesque refert, iteratque quod audit:  
 Nulla quies inbus nullaque silentia parte:  
 Atria turba tenet, veniunt leve vulgus, cumque  
 Mixtae cum verbis, passim commenta vagantur  
 Millia rumorum confusae verba volutant,  
 Et quibus si vacuas impertit sermonibus aures.  
 Hi narrata ferunt alio, mensuramque ficti  
 Crescit et auditis aliquid novus adiicit Autor. etc.

Picterea quemadmodum telum in hominem aut simile corpus incidens id ipsum violat: in saxum autem aut aliud corpus durum in partem repercutitur, saepe ei ipsi, à quo emissus est, damnum infert maximum: sic sermo dicax et petulicus aut saltem imprudenter elapsus nec alium atque alium Autorem perdit: gladii quippe plaga multo levior est quam lingua; ille siquidem dum corpus vulnerat, vulnerat haec animum. Et quamprimum leviter sit sermo, quo nam leviter sine volat, inde graviter tamen vulnerat: leviter quidem transit, atque gra- viter urit: leviter penetrat animum, sed non leviter exit: leviter profertur, sed non leviter revocatur. Ignis est lingua et peccati veluti ramus, ipsaque existens in membris nostris totum mundum maculat, et proventus generationum nostrarum, quae currunt veluti flamma, inflamat, tandemque etiam ipsa in igne ardebit. Accedit et hoc malum, quod à remi-



ne impediri nec a quopiam subjugari potest: fortissimus etiam <sup>omnium</sup> Deorum esset, plena enim est  
mens mortis. Ideo vix ulli unquam garrula lingua impunis fuit: Innuil hoc Tantali fa-  
la. Ecce enim quum is communi Deorum mensa et arcanis consilijs adhibitus Celestium  
arorum parum capax linguam indomitam ac continentem excoisset, dano sibi penam abste-  
pse fingitur, ut apud inferos mento summam attingeret aquam, ardentissime tamen si-  
mict, somag esuriens natantia captaret. Unde nec inepte Poeta:

Quaerit aquas in aquis, et poma fugacia captat  
Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit.

Deo penam merito suo luit Plineus: quippe qui, quod Deorum consilia prodidisset, abso-  
re excoctus traditur. Traduntur et Harpyiae, quae canes sunt Jovis, escam ab ore ipsi  
percipiunt. Non dicam deir de Fabio Maximo: qui Plutarcho est Fulvius, Caesaris Au-  
gusti amico: cum namq, cum arcanum Augusti de Agrippa reducendo consilium Liviae dete-  
gisset, venientem mane de more, ut solitum illud Ave diceret, Caesar salutavit, Vale.  
Nunc hoc verbo mortem decretam esse ipse significavit. Sic igitur summa semper ad-  
tenda est cautio, ut ne idem nobis capitis continuoat discrimen:

Ὀρθοῖς ἐν ῥωσθῶν ῥολία ῥόσος ἐς ἀχάλιρος,  
Ἄλγοδύνη τικλεὶ πωλλάκι δισυχίαν.

Mortalibus in lingua dolosa morbus effrenis:  
Stultitia pariet sapere infelicitatem. Imo d  
Πῆνα πωρα καίρον ἤθερ ἀνατρεῖται βίον.

Verbum contra opportunitatem dictum ipsam subvertit vitam.

Ad transio ab hinc ad aliud sermonis mei membrum. Etenim omnino est interj  
mes hoc saniores constat Philosophos

Ἐχρηστέρον ἔδει εἶναι τῷ λόγῳ.

Nihil potentius esse sermone.

Certe quod robur alarum in aere, id vis sermonis est in vita communi.

Judicis affectum postestq, pectora ducit,  
Vitor, sponte sua sequitur quemcumq, vocavit  
Flet, si flere jubet, gaudet gaudere coactus:

Imo d sponte & capis iudex, quam non habet iram.

Exemplis res hoc patet evidentius: Ecce ni quum populus Romanus a senatu, editione  
comiti, in montem sacrum secessisset nullo alio modo, quam per eloquentiam reconcilia-  
ni poterat: patres siquidem ad plebem disertissimum oratorem, Menenium Agrippum mi-  
serunt: qui a illico fletebat ratas mentes populi eademq, mire remulcebat. Sicez  
q, verbis factum, ut populus abjectis armis Romam reverteretur, ac non nisi summam se-  
curetur tranquillitatem. Fiebat et verbis ut Mariani Cinnamq, mucrones, civis pro  
audendi sanguinis cupiditate flagrantas ex templo inlberentia. Posse plura, si  
tempus concederet, recitare exempla: sed quum modus jam potius est observandus, quam  
multitudo, spectanda ergo remissos vos maxime hinc volo ad Valerium Maximum, quem  
subornatim vestris feritis manibus. Evolvite, evolvite domi, Juvenes Politissimi  
magna quibus ita invalescat, ut nullum aliud sit in rebus na-  
turae esse possit gravig. malum, aut ad proflicendam virtutem efficacig  
magna. Quia quod gravis la sit venia veli ac rivi in virtute pro-  
prietate. Superest, ut pliniam pauperum, exponat: quod simul atq; fecero,  
inipiam legere, in portum ne recepturus. Et spero qualis sit,  
V. G. fore sapiatis, ego tibi, quod sunt verbi, heic ne expectas.  
Nunc et omnia rerum in paterna domo affluentia, Liberos  
ab initio a parentibus degenerare facit. Facit atq; Hinc si quidem  
liberis est voluptas. Adhuc sane terpes corporis voluptates  
vulnerat conscientiam: non secus atq; primo anni tempore,  
ve unquam, vespes quidem pulchre florere paty oculos passere: at  
interia omentum, alios suffocare fructu videmus. Itupent item  
sese voluptatibus ac Debatantur: obdutescit ratio: ita quidem,  
sibi aliter, nihil magnificam ac divina speret. Avocat deniq; vo-  
luntas ab ardua virtutis via mortales conspiciunt: contra vero certifi-  
ca virtutum nonstrat meritq; viam. Quia quoniam ita sint, nemica vestra  
V. G. deinde puto, qui necesse hodie non constat, plareq; statuat, quod  
vero dicitur sit a Graecis, Heronem filios esse noxas. Quilibet  
viam nostram, qui nulli Heronum suum filij, palmae his pro repta  
viam in ambig. Pediat, ut quanta in nobis est, declinens  
sibi fugiam, de virtutes amplexantur atq; colant, ritamq; nostra  
sibi instituant, ut sine sibi suum, sine inter homines qua-  
sibus admittant, quis nos aliquando vel pudere vel poeni-  
tens. Tu vero, quisquis es, o peccator Heronum filij, redito  
tunc ad fugam, dngis, sic facere tibi proponit, moram virtutis

Et propterea, iace te venturas differ in locis,  
Qui non est hodie, omnes minus aptq; est.

Thomas Wolcanus  
Clycaensis Polon.



Oratio altera

de

vulgari illâ Sententiâ:

HEROUM FILII NOXÆ.

Ni benevolentia favorq̄ vester, A. V. Spectatq̄ mihi satis superq̄ iam foret, ne quicquam res, quam ego impresentiarum molior, opportuna caderet: spes magna applausus vestri in animo meo suscipi esset: neq̄ per breve aliquod temporis spatium incerta pro certis captarem. Sed quia multis ac magnis iudiciis vos laudabilibz Symacorum orum ausibz benevolos amicorq̄ cognovi, tanto sanè majori confidentiâ præditq̄ in hunc vestrum jam prædeo conspectum, atq̄ cathedram Oratoriam conscendo. Quanquam a. ob tardum & imbecille ingenium, quod cum eorq̄, qui aliquoties hæcens dicturi comparere, excelsissimis æquè ac divinis ingenis minimè est conferendum, nihil, quod perfectum ab ingenio, nihil, quod elaboratum ab industria in medium profere potero: attamen vel propterea animum non despondebo: quoniam solatio id mihi est maximo, quod non ausu proprio ad vos veniam, sed iussu præclarissimi Dn. Rectoris, cuiq̄ et apud me, et apud vos vos maxime valere debet auctoritas, firmissimâ p̄inde hâc spe fietq̄ apud vos compareo, sic ut vel eâ maxime de causâ faciles mihi præbeat aures, quia iussus ad dicendum prædeo. Quò v. cognoscatis omnes, qui ego hodie ausibz vestris et iudiciis sim obiectus, ecce rem omnem in unam summam redigam, de quâ quidem dicere mihi proposui: variis n̄. tum sacrae, tum profanae historiae exemplis demonstrabo, quod omnino Heroum Filii sint noxæ: deinde causas maxime morales aperiam, unde et cur Heroum Filii sint noxæ. Attamen dum ego tenuitatis meæ ac infantiae indicendo probe sum conscis, (neq̄ n. linguam meam melito flumine rigavit Tullig, nec os dicendi fulmine ditavit Pericles, nec labra Demosthenes, nec facundia nectare sumectavit Peitbo) humiliter interim à vobis, honoratissimi Dni Patres, etiam atq̄ etiam contendo, ut tenuitatem meam indicendo vestro favore sublevetis, atq̄ non aures modo faciles, sed et mentes mihi attentius paulisper accommodetis. Verum enim verò si paulisper animo et cogitatione tam sacrae, quam profanae historia-



horiarum monumenta perlustrans, largam sanè in patentissimo  
 campo segetem filiorum demerere licet, qui à paternâ sa-  
 crantia, pietate et virtute apostasiam planè fecerunt. Obtinebat  
 sed et ille verbi divini in silo promulgator, summum digni-  
 tatis gradum: non n. solum Sacerdotis Dei, sed et Iudicis Israe-  
 litarum munere simul uno eodemque tempore fungebatur. Certe  
 vivebat omni pietate, omni sanctitate, omni denique integritate  
 instructissimus. Sed quos interim ille habebat filios? Pro-  
 natalem Deum! Hic erant bipedum sceleratissimi. Ecce n.  
 studium Patris in questum vertebant, munera à Sacrifi-  
 cantibus exigebant, nefaria quoque scelera perpetrabant, ten-  
 dunt omni libidine et pravâ voluptate inter prostibula consu-  
 rant. Et sanè, ut summatim dicam, nil mali aut sceleris  
 vel excogitari poterat, quod illi non committerent. Nec et to-  
 tius in iube erat veneficus, non fur, non ganeo, non adulter,  
 non mulier infamis, non nequam ully, quo cum filii Heli fa-  
 miliatissime non viverent. Dilite nunc mihi, V. A. annon vos ipsi, dum  
 talia legitis, et auditis, ambabus, quod de, ulnis, mihi largiri  
 volumini, quod proclarorum virorum liberi non nunquam, imò  
 omnium sint nequissimi? Porro vivebat long, imò iuxta  
 officium verbi divini vivebat optimus Rex Israelitarum, David; vir  
 erat, quo deos filiosque sol, magnus ille mundi oculus, in his terris  
 vidit, neque futuris temporibus unquam videbit. Et, quemadmo-  
 dum sol coruscantibus suis radiis deos lucas minores antecellit:  
 David omnes pietate, omnes sanctitate, omnes clementiâ, omnes  
 magnitudine, omnes rerum gestarum gloriâ, omnes potentia superca-  
 bat, imò dâc ipsâ in parte infinitis post se parasangis alios quos-  
 que relinquebat. Is filium habebat Absolonem pessimum: quippe qui  
 matrem Ammonem interneconi dabat: arma impia adversus Pa-  
 trem apprehendebat: regno illum pellebat: concubinis ejusdem  
 regni inferebat, locum in votis habens, ut Patrem velinvi-  
 dentiar hostium manibus haberet, vel ipse cruentum mucronem  
 in viscera ejus immitteret. Erat et Salomon omnium, quotquot  
 fuerant, Regum, ditissimus: erat sapientissimus: unde et  
 admirationem omnes vicinarum gentium Reges rapiebantur,



Cicero.  
Pbilo.

tur, ipsiusq; aspectu adeo conciliabantur, ut non unius diei vel co-  
ni, sed totis decurrentis aetatis spatium cum ipso transigere sibi op-  
rent. Praeprimis et ipse tanto pietatis, quae juxta Ciceronem u-  
tutum omnium fundamentum, et Pilonem virtutum omniu possessio,  
more flagrabat, ut templum immensi operis et propriis suis et  
paternis sumptibus in honorem Dei exhaeret: unde et fiebat, ut  
minore eundem, quam Parentem Davidem Deus amore prosequeretur.  
Verum qualem se contra praestabat Rebeamq; filio  
Is sane vestigiis Patris in regnando, ut caetera iam silentii si per  
involvam, ne in levissimis quidem rebus insistebat. Consiliarios  
non pristinos, viros summa et prudentia et praestantia, in partem cu-  
rarum a Patre suo adscitos, ut veluti oculi Regis indefessae  
agerent excubias, atq; ingruentia mala tanquam ex spe-  
culam prospicerent, ab aula sua removebat, vacuumq; locum  
novis, et quidem junioribus supplebat: quorum suavis et consilio qui  
subditi supplicum delatandis stipendiis praeser repudiasset,  
favorem universi populi a se ita auerit, ut decem tribus Isra-  
elitarum ab ipso deficerent. Iterum deinde dicite mihi, Auditoribus ho-  
noratissimi, annon etiam ex hisce duobus ipso liquido sole liquidis  
appareat exemplis, titum illud sermone proverbium, *Αρξὺν ἤ-  
γνων τέρρα τήματα*, minus a veritatis tramite abluere  
Sed sepositis nunc sacrae Historiam exemplis, quorum quidem  
satis larga mellis sese nobis offert, aliunde paucula quaedam  
in scenam hanc et arenam producam: spectanda nunc vobis,  
quae huc pertinent, exempla profana, exhibebo. Primas a  
deinde obtinebit exemplum Cyri, qui primus omni Persicam Monarchiam  
et condidit, et ad summam egressit potentiam. Nulli ipse vel  
pietate, vel vitae probitate, vel sapientia, vel animi magnitudi-  
ne secundus erat: verum omnes longo in his omnibus post se relinque-  
bat intervallo. Ipse tamen Cambysen relinquebat filium pessimum, na-  
tum in ignominiam Parentis, inq; condolium se educatum. Erat ille  
namq; parricida, erat incestuosus sortator, erat libidinum et volu-  
ptatum turpissimae sectator, erat adulator et parasitorum fautor,  
calcibus, (quod horrendum dicitur) in sororem pregnantem insiliens, quae  
et in ipso temporis articulo abortum faciens, debitum naturae  
per sobre-



...abat. Pro immortalis Deum! quorae quantos Viri olim tulerunt  
 Athenae, urbs illa liberalium disciplinae inventrix nobilissima, ad  
 tanquam ad mercaturam bonarum artium multi ex Italia  
 proficiscebantur. Illos inter facile ducere familiam, et principem  
 locum potest Dux ille Atheniensium peritissimus, Periclem puto, quem  
 suam eloquentiam fulmen Graeciae vocitabant: sequitur Aristi-  
 pitiae adeo studiosus cultor, ut vel propterea cognomine *Iustus* <sup>in Aristide</sup>  
 appellari meruerit: succedit et Themistocles, cui prudentia et fir-  
 mine nemo poterat anteferi. Sed eheu! quibus liberis isti He-  
 ras lampada vitae suae tradiderunt? Pericles namque tradidit e-  
 larabo et Xantippo, filiis vel ipso Corvebo stolidioribus: Themis-  
 tocles tradidit lampada filio Cleopanto, degeneri plane ac ma-  
 Aristide et Lysimacho, rudi ac obscuro homini. Debuissent isti so-  
 Parentum suorum vestigia premere: sed nequissime declinarunt  
 rectam semitam, dum omnes in scelera pravorum voluptatum  
 pari passu ambulaverunt. Possem jam nunc, missis Graecorum He-  
 exemplis, in hoc medium quoque proferre exempla, quae Roma,  
 gentium Domina, nobis veluti e locuplete penu largissi-  
 manu suppeditat, ut iisdem ulterius demonstraretur, verum  
 esse, quod proclarorum Virorum filii saepissime desiscant atque de-  
 raent. Possem namque in primam aciem deic collocare magna illa Romae  
 lumina aequae columina, Ciceronem, Hortensium, Corn. Tac-  
 um, aliosque, quorum omnes liberi paternas virtutes intrepidis qly-  
 stis et flagitiis nequiter commutarunt: verum ne totidem  
 exemplorum commemoratione tenerimus auribus vestris, A. V.  
 Sim, Romanorum Heroum impresentiarum loco, quod de,  
 praefero exempla. Cui n. bono ego recenserem exempla,  
 que non immerito peregrina vobis et transmarina videntur?  
 Satis siquidem clamat communis res magistra, quotidiana ex-  
 perientia, non aliter rem se habere. Cogitate modo, et paulo  
 his expendite perversi huius seculi mores, et spectate, quod  
 deprehenditis, quod nihil in vita communi frequentius usum  
 solent, quam ut viri in summo honorum gradu constituti, famo-  
 rum nominis axiomate nobilitati, liberos post se relinquunt  
 omnium



omnium nequissimos? Sed quoniam exempla nostri aevi odiosa sunt,  
ad alterum membrum Gratulationis facile abhinc transeo, ut a peccatis  
probabiles causas, cur Heroum Filii plerumque sint degeneres. Ante-  
quam v. id fiat, iteque à Vobis, Venerandi Viri, vehementer etiam  
atque etiam contendo, ut in eam, quam me hactenus attentione audire  
cepistis, perseveretis. Nec ego tamen in hoc accurato succin-  
cte brevitatis studio ullam mentionem causae divinationum  
faciam, quae altera Dei providentia, quae per universam  
huius mundi machinam se penetrat, & ea omnia tangit, quae  
ambitu & circuitu mundi continentur; altera Dei iustitia  
ut quae boni benefacta amplissimis premiis condere, ma-  
lefacta a. gravissimis poenis vindicare solet. Haec duas  
inquam, causas, silentio data praeterdam opera, & non  
nisi illas morales in medium phadam. Sed dum hoc mihi fa-  
cere propono, nescio, quo vesaniae cerebro perciti homines nonnu-  
li degenerationis huius vitium fidei positionis, insuper & mundi  
senectae impudent. Eripiendae ergo huius animis piget error  
iste crassissimus, quam ad institutum meum perducas. Vobis  
a. quam inepti illi sunt, qui illos liberos, quos Parentes  
scolari & in summo dignitatis apice constituti, degenerationem  
ad fidei positum referunt, huius rei causam influxui illorum  
adscribunt? Nonne ipsi, hoc extra omnem dubitationis  
aleam esse positum, quod uno eodemque temporis puncto, uno co-  
denique fidei nati diversissimis saepe sint moribus. Et quibus  
saepe exitus multorum: cadunt in uno proelio plurimi, vel terro-  
ribus obmuntur, vel seditionibus implicati pereunt, vel vi-  
nis opprimuntur, vel conflagant incendiis, vel pestifera huius  
conficiuntur, quibus nascentibus tamen dissimulata affulserunt si-  
dera. Esto a. quod astra inclinent: nec tamen interim illa ne-  
cessitant: esto, quod astra regant homines, interim tamen Deus  
regit astra. Unde etiam in Astrologorum illud verbum habetur:  
Credite, quod non astra Deo, Deus imperet astris,  
Fata augere potest, tollere fata potest.

Pendens de  
Divinat.  
pag. nisi 72a

saepe exitus multorum: cadunt in uno proelio plurimi, vel terro-  
ribus obmuntur, vel seditionibus implicati pereunt, vel vi-  
nis opprimuntur, vel conflagant incendiis, vel pestifera huius  
conficiuntur, quibus nascentibus tamen dissimulata affulserunt si-  
dera. Esto a. quod astra inclinent: nec tamen interim illa ne-  
cessitant: esto, quod astra regant homines, interim tamen Deus  
regit astra. Unde etiam in Astrologorum illud verbum habetur:

Credite, quod non astra Deo, Deus imperet astris,  
Fata augere potest, tollere fata potest.

Pre-



natura nec ad lapsum collineant, qui dicunt, in culpa esse mundi se-  
 lectam, quod Heroum filii plerumque sint noxae. Quid? Nonne stirpium  
 animaliumque vires hoc nostro aeo aequae sunt validae, atque ante bis mille  
 annos? Certè quas facultates semini, verbis, radicibus vetustissimi  
 doctorum jam olim adscriperunt, eadem hodie in iisdem deprehenduntur.  
 De aetate totum antiquissima Historiae scriptor, Moyses, pronun-  
 ciavit, idem iis, qui temperanter vivunt, etiamnum contingere videmus.  
 postulat temporis decursus, ut explosis his nonnullos somniis ac deli-  
 ciosis, ad veras causas inquirendas deproperem. Non immerito in his  
 sibi locum vindicat improvidum conjugium. Ita n. saepissime con-  
 statum esse videmus cum uxoribus, ut, quibus moribus ipsae sint, tales et  
 se pariant liberos: si pia, si honesta, si casta ac pudica, si omni  
 genere virtutum instructa, tales quoque in has vitales aures  
 emittunt liberos: si contra nullis dotibus tum animi, tum corporis pra-  
 e, liberos ex se pariunt stultos et stolidos: liberos nullisque fugis  
 evadunt. Et sane plures huius rei causas naturaliter facillimo negotio  
 referre et recensere possem, sed quum id sine verbis nuptis, quae  
 adolescentem non decent, fieri nequeat, ideoque illas praeter-  
 ito, et statim ad causas abhinc magis morales descendendo evan-  
 as. Quid? Nonne haec in culpa maxime est educationis impropria?  
 - Item quomodo patria praclarior dare liberos possent, qui  
 educationis plane imperiti sunt et ignari: non solum in pri-  
 vato, sed etiam in publico illi commodum peccant, ut docet  
 ille ac primus Scientiarum omnium Dictator Julius Caesar Scia-  
 dictus Aristoteles. Peculiaris n. quaedam disciplina est necessaria  
 toti Reip. et singulis familiis maxime necessaria, quae diligenter oio  
 custodenda est: praecipue cum non statim eoque temporis puncto, quo in has  
 vitales aures prodimus, nobiscum nascatur. Volendum igitur, itereque do-  
 cendum: imò et salsis lacrymis deplorandum, quod viri ad summum  
 dignitatum fastigium erecti, bonae educationis, quae tamen non immerito  
 prima humanae felicitatis fundamenta reputanda, quae cum ho-  
 minibus natalibus indivisus semper nexu coniungenda, semperque pari  
 cum iisdem ambulare debet, ne minimamque peritiam ab-  
 beant.



beant. Et quid mirum, quod planè nullà, aut exiguà saltem Herois  
 Ducationis peritiã instructi existant? Ecce n. si ipsi excelsò dno ad summa  
 tantum quæq; feruntur, indeq; longè infra suas curas puerilis eta-  
 tis informationem positam esse putant. Nec tibi intus impeditã tan-  
 tum, sed & suã Ducationis neglecto est in Heroib; causa moralis  
 cur liberi ipsor; degenerent. Oritur a. neglecto isti ab occupati-  
 onum & penè Herculeor; labor, q; interdum tanquam fuit  
 by q;dam obveniunt Herois, mole: oritur à curar; circa ne-  
 gociã publicã multitudinẽ. Totu. non raro tantiq; negociis  
 distinguuntur, ut ipsi ne quidem ad sculpendas aures, cui est  
 in proverbio, otii quidquam aut moræ habeant. Aliq; n. p. cat.  
 dra Ecclesiasticã stare, verbum Dei ibi explicare, probè Audi-  
 tor; dno infigere, puram item & sinceram Evangelii doctrinam  
 è situ & squalore Hereticor; eruere, gravissimos ac pernicio-  
 sissimos Scismaticor; errores refellere, lupos rapaces, qui  
 verã Ecclæ Dei infidias stuant, ab ovili Christi abigere ac  
 repellere; aliq; in Rep. leges ferre, patrocinia Clientulis p;st-  
 re, liter; dirimere, pro aris & focis excubias agere tenetur.  
 Unde & per multam sæpè noctem ditanti Viri ne ullum quẽ  
 cum somno sequentare comercium possunt: aded se. vigilis ip-  
 semper curæ tenent, tantaq; negocior; molar, vel ipsa. Et tã  
 gravior, humeris ipsor; incumbit, ut paulatim interim reifa-  
 miliaris, nec min; etiam Ducationis domesticæ neglecto sub-  
 repat. Corruptit præterea nonnunquam liberor; nimia Pa-  
 rentum indulgentia. Vitium sanè in his ultimis mundi sæcib;  
 familiarissimum, propè dixerim receptissimum, hoc est, ut  
 Parentes liberis suis plus iusto indulgeant. Sed hoc Pa-  
 rentis quib; dicam esse similis? certè Mitroni Terentiano baud sunt  
 absimiles, qui cæco amore Filii capti, vel nescio quò rapti,  
 nimium huic indulgebant, ipsum, quicquid m. Sceleris vel flagi-  
 tii comississet, molliter excusans. Ita namq; ille apud Teren-  
 tium:

Ter. Adelph.  
 Act. 1. Sc. 2.

Non est flagitium (crede mihi) adolescentulum  
 Scortari, neq; potare: non est: neq; frer  
 Effringere. Hæc si neq; ego neq; tu fecimus,  
 Non sinit egestas facere nos: tu mone tibi  
 Id laudi duos, quod tunc fecisti inopia.

Egregi-



regiam v. disciplinam! Sed beu-tu, Mitio, responde: Nonne ita Ter. Heaut. Act. 3. Sc. 1.  
 quod deteriores omnes fiamus licentia? Nonne et blanda Patre  
 gner facit indulgentia nator? Quare non imerito subtilissim  
 Scaliger.

Comune Patrum crimen indulgentia est,  
 Nultq; paternae caritatis se offerens,  
 Gnati nepotis non vincere impetq;  
 Et in ruinam subministrare omnia,  
 Affabile odium est et repens crudelitas.

Ecce nunc mihi et de re, et v. quoniam fuitq; nimia ista in-  
 dulgentia Patrum ex se gignat? Perniciosissima suggerit in qbz  
 Scleribz ac flagitiis incrementa: Suppeditat infinita  
 maloz irritamenta. Vab! quis ignorat, maximam, verbis diser-  
 Romuli nepotum, peccandi illecebram esse. Item impu- Cic. p. Milone.  
 titis? Quomodo ac liberi a Parentibz tractari debeant,  
 et praedare idem monet Cicero. Hi sapienter faci- Cic. Rhetor.  
 unt, inquit, qui adolescentes maxime castigant, ut, quibz vir-  
 tutibz omnem vitam tueri possint, ea in etate maturissima  
 velint comparare. O praeclearissimum, O sapientissimum con-  
 siliu! Si tunc observarent Parentes, bonos et pros semper edu-  
 carent liberos. Verum heu! tanta Parentum hodie est stultitia,  
 ut nihil magis velint, quam ut relictis rebz oibz delicatuloz  
 maloz desideria promoveant. Unde nec mirum iterum hoc est, quod  
 horum liberi plerumq; a virtute paternam derient, inq; maloz  
 cum maximo suo damno conciliabula aut Ambuba-  
 rarum conventicula prolabantur. Corruptis poro Hero-  
 dotus factus, qui ex paterno honore illis accedit. Satis  
 gravis remora est summi in virtute defectus. Ecce n. quum  
 vident illi, quam amplo bonoz genere Parentes mactentur, in-  
 tolerabili Superbiae typho elati tumere ac supercilia tollere inci-  
 piunt! Simul ac intelligunt illi, quam miri fortuna abblandiatur  
 Parentibz, eodem ad gloriam, ad potentiam, ad opulentiam eve-  
 ntando, illud ipsi insolent, crustas erigunt, superbiunt, ferocunt,  
 nec Lex, nec Divis ullis pensi habentur! Corruptis tandem et He-  
 rodotus liberos summa reze in paternis aedibz affluentia. Haec siydem  
 haec iudem est voluptatis. Voluptas ac ab aeterna virtutis via  
 ortales longissime auocat. Sic itaq; videtur, Viri venerandi, quam  
 fero sit talis veteri Graecor sententia: Hic cor rades qn  
 nola.



malæ. Demonstrari natum sacris, tum profanis exemplis, esse He-  
roum filios noxas. aperui iuxta hæc causarum fontes, atq[ue] sa-  
tis copiosa Oratione ostendi, unde et cum Heroum Filii sint no-  
xa. Quia sermonem meum claudo, vix me continere possum  
quò minus graviter invecar indeperditos Heroum Filios, atq[ue] ple-  
no guttore exclamando eodem sic compellem: O blitei, blenni,  
stolidi, stupidi, quò ruitis? quò ruitis, inquam, patriæ & fami-  
liæ vestræ opprobria? Itanè fas est sectari & imitari pa-  
triar virtutes? itanè fas est famam nominis per totum terrarum  
orbem dispergere? itanè fas est per laudabilissima exempla ma-  
jorè quæbari? Vos v. bonæ spei Juvenes, qui n[on] in bonam  
spem patriæ nati estis, nolite vestigiorum Filiorum, qui in Heroum  
familias plerq[ue] degenerant, insistere, securi, quò per ferat, neq[ue]  
ex tempore vivite. Quin potiùs augustam illam ac aduam  
virtutis viam, quæ dextro limite in sublimia tendit, semp[er] cal-  
cate!

En Vobis Samii quæ duxit libera, ramos  
Surgentem dextro monstrantes limite callem.

Christianus Hauffig, Grl.

Brevis Cbria  
de  
Vulgaris illo Proverbio  
HEROUM FILII NOXA.

Proverbiorum conditione. Nullo non tempore in maono fuisse æstimio q[ui]  
est, qui ignoret? Hinc adeo factum esse judico, ut vel summi primiq[ue]  
nominis viri integra volumina hæc de materia contexere non sint  
dedicati. Primus vero eorum omnium, teste Erasmo Roterdamo in  
aureo, quem de Adagiis edidit, Tractatu, censetur esse Philosophorum  
Princeps, idemq[ue] summus ille ac primus Scientiarum omnium Dictator  
Aristoteles: quippe qui, referente Laertio, de Paroemiis volumen certum



titati reliquit. Eum deinde secutus esse peribet Crisippus, qui ad Zenodotum  
 de Proverbiis libros conscripsit. Scripsit eadem de re Cleanthes, Cratetis Discipulus,  
 ad labores impiger, ut Hercules alter fuerit nominatus, ut Athenaeo allegatos, Cle-  
 melicet Solensem et Aristidem, coeterosq; complures jam nunc sicco, quod ajuat,  
 praeferam. Ex quib; sane sicut vulgarem esse Paroemiaron dionitidem, atq;  
 eadem non fluci pendoendas, liquido apparet. Utilitatem porro earum si spectes,  
 illa omnino est atq; eximia. Conducunt enim illos, cum ad alia multa, tum  
 ad Philosophiam, inde ad praelegendum, porro ad decq; et orationem orationis,  
 illud deniq; optimos quosq; oratores conducunt. Quoniam igitur adhaec  
 secum afferunt utilitatis, tempus qdem frustra non gntiturq; nisi videat, si ul-  
 timum illud omniumq; sermone tritissimum: **HEROUM FILII, NOXAE**  
**pernici mei modulo ac viriculis explicandum mihi sumam.** Atq; his quidem  
 eisdem auctores verbis, Auditores nullis non sonorum titulis Nactandi,  
 voluerunt: Sape numero evenire, ut nati in herouca familia ex parentibus,  
 excellens fuerit virtus, propterea degenerent, et feris ipsis fetiores efficiantur.  
 Incauta enim occupationes, quib; praecleari viri ratione officii ut plurimum disti-  
 guntur, in causa sunt, cur ipsis tam curatam accuratamq; libatorum curam non  
 se suscipere: quam cum vellent, tum deberent. Ex quo fonte neglecto manat  
 corruptionis filiorum, quae non immerito pro basi et fundamento bene tam constituendae,  
 constituta respicit. Sabet. Ut n. in semine spes e. posita messis: ita toties  
 vitae expectatio ab educatione pendet. Quae, quia saepe numero multum  
 negligitur, vel plane negligitur. Inde quomodo aliter fieri non potest, quam ut a  
 sane optimisq; viris pessimi saepe relinquantur filii. In vulgus dicitur κοκκις  
 κακορ κοκκορ: Mali corvi malum ovum. Cui non absimile illud Theophrasti:  
 ex οξύλησ ποδά γυβελαι: non etenim ex savilla rosa nascitur. Ex  
 enim Parentibus generosi plerumq; pronascuntur liberi:

Portes creantur fortibus et bonis:  
 Ipsi juvenis, est iniquis patrum  
 Virtus: nec imbecillum feroces  
 Progenerant aquilae columbam.

et ad mentem nostram accommodè canit Romana fidicen Lyra, Horatius.  
 Illustres Parentes et virtute praestantes plerumq; virtutum et generositatis semina  
 liberi propagant: si v. obscuro, sordidi, ignavi, scelerati fuerint, vitiorum etiam semina  
 liberis inferuntur. Dico plerumq;: nonnunquam enim ex obscuris et illaudatis  
 virtute sua emerisse, factisq; gloriosis nomen immortalitati consecrassè, eos  
 cui non est spicuum. Eobant quem Hesi, Poetarum sui seculi Antecessorari,  
 fuerunt invidioses: nobilissimi tamen inferni prolem genuere. Alias quidem dicitur,  
 a Patre improbo non posse nasci filium, sed hoc non oportet atq; in motu veritatis  
 docet. communis illa rerum massa, experientia: Saepe enim, id quod  
 lacrimis est deplorandum, ex illustribus et praeclearis viris pessimos procre-  
 dit, videmq; experimus. Quomodo enim ex una eademq; rosarum radice  
 rectum modo rosa, sed aculeata etiam spinae proveniunt: Quomodo enim  
 non bona tantum fert poma, sed etiam talia, quae a vermibus transforata  
 facta arrosa: ita etiam comparatum est cum liberis: qui, licet e piis nati sint  
 parentibus: non tamen omnes verae pietati sunt dediti, sed partim mali, partim boni.  
 quod multis et confirmari potest exemplis, iisq; cum sacris tum profanis.  
 lectis longum immorari necesse esse non ducò; cuilibet siquidem divinarum  
 scripturarum lectori industriè Protoplastorum primogenitum filium fratricidam,  
 eum fratris persecutorem, Chamum patris irrisorem, Dinam non satis castam  
 etiam diciturq; filios, Strigeli verbis, monstra, ex avaritia, injustitia, et aliis



teterrimis sceleribus conflata fuisse non potest non esse obvium: sed quam plurima alia silen-  
 tii sipario teoam. Transeo itaq; ab hinc, et profectior ad exempla profana. Eloquentiae  
 quidem Romanae Parenti unice tantum fuit filius: qui in initio maonam de se expectatio-  
 nem omnibus gloriavit; sed turpiter eam vertit atq; sefellit, defuncto Patre, Cicero: et  
 nulla in parte illi fuit similis, nisi iocandi festivitate. Plinij certe memoria proditum  
 religit Lib 14. c. 22 tantum illum extitisse divonem, ut uno saustu quos erit euarit concio.  
 Unde etiam Siconoig et κωνελλοναχος (in Sclaf: Dm: tmm) dici meruit. Pari ratio-  
 ne etiam de Aurelio Commodo duodevicesimo Romanorum Imperatore, Optimo Parenti-  
 tis pessimo filio, legimus, quod plane degeneraverit, adeo: ut recte in eum quodret  
 Adagium nostrum: *Αυσιων ηρωων τετρα πη mala*: Virorum Horum filii  
 noxa. Nam quaecumq; Parens eig, laudatissimq; ille Princeps, virtute sua, et superiore  
 aliquot principes recte et sapientissime constituerant: non ita multo post ille conderavit.  
 pessimis actib; crudelitati, avaritiae, superbia, libidini, et ridens aliis tyrannicis crimi-  
 nib; dedita. Unde etiam Commodog. *πατιβρασι* sc. non omne, sed nomine Dolofus et  
 Onerofus fuit appellatus. Neq; Tu praeteritudo mibi es, deoener Cambyses. Eri.  
 quamvis Cyro, tanto Patre natog, cuig fuit excellens pietas, sapientia, atq; virtug,  
 a Ingiun successio plane divinis pepererat aequi ac constituerat; prava in educatio-  
 ne corrupta a paternā virtute defecit atq; induisti mores, non solum oerore et no-  
 mine regio indonos; d. tales etiam, ut manifestis Diaboli furorib; non abimiles  
 viderentur. Plato n. lib. 3. de legib; memorat: Cyrum Patrem tuum, liberos  
 suos non educasse ipsos sed educandos mulierib; tradidisse: quae prohibuerint  
 ne q; illis ulla in re adversaret; et coererint, ut laudarent omnes, quod illi aut  
 dicerent, aut agerent. Ne vero haec, quae dixi, ex meo proflexisse cerebello  
 q; existimet: in medium proferam clarissimorum Virorum testimonia. Prae reliq;  
 v. prodeat orator ille, iudice Tullio, plane perfectog quog ne Atticena quidem ipse  
 mavis fuerunt Attica, Demosthenes: *τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ingens, ὅστις ἐπι-  
 κληθῆναι ἐστὶ πατρὸς ἀποβῆναι τοῖς υἱοῖς. i.e. a viris egregiis pater q; fa-  
 to quodam id accidat, improbi proficiuntur filii.* Quae verba ita transtulit non nemo  
 Heroum famā notum sub oetora probes  
 Virtute a patriā degenerare solet.

Cui ad stipulatae suis Dices Apollō, Homery, sequentem in modum canens:

*Ἦδύποι γὰρ τοὶ παῖδες ὅμοιοι πατρὶ πέλομαι  
 ὁ ἄλλοις κακίς Ἦδύποι δὲ τὸ καλὸς ὄψεται.*

Aequat rara Patrem soboles sed plurimi ab illis  
 Deoenerant, pauci superant probitate parentem.

Quae quum ita sint: admonitos vos vale sinulas atq; universas, qui ex praclaris  
 ac fortib; viris estis proonati: ut omnem vitiorum colluvien cane pejus et anove  
 vel, ut Flaccus loq; amat, sanovine viperino cautius furiatis: Parentum autem  
 vestrorum virtutes potius imitemini, eorumq; vestigiis laude dionissimis insistatis,  
 quo jure meritoq; de vobis dici possit illud Horatianum: Fortes creantur for-  
 tib; et bonis: haec non vos coeteri in assequenda honestarum artium scientia operam  
 et industriam debitam collocare: verbo: *O flos et soboles ingenuae juvenutis*:

Imitare mores  
 Patris justi. Filio enim gloria haec  
 Pulcherrima, qui ex patre probato natus,  
 Consentit cum Parentibus moribus.

Tobias Schnitterus Gork. Lus.



Oratio 1.  
Ad Dictum Horatii:  
Fortes creantur. etc.

Nullus homo tam ferus est ut barbarus, nullus ita est ab omni  
caritate alienus ac remotus; Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultis-  
sissimi, Excellentissimi, Experientissimi, Maxime Reverendi, Clarissimi,  
Reverentissimi, Auditores omnium ordinum honoratissimi, tuque sua-  
rum Synagoga Praesens, nullus, inquam, est, qui non mecum  
fuit, multos heroum filios tanta benevolentia et amore  
patrem suam esse prosecutos, ut pro ipsa mori haut dubitarent.  
Atque hoc exemplo suo ipsi etiam Ethnicorum Heroes,  
si monumenta veterum evolvaemus, nos doceant. Loquitur pro  
Cobrus, qui habitum viri assumpto in medium hostium agmen se  
pergit, ut sanguinem pro salute totius Graeciae funderet; Lo-  
quitur et Curtius, qui vivum se in foveam, e qua pestilentissimus  
Mors prorepere, ~~se~~ percipit, ut moreretur pro Italia  
Nero proinde, ut spero, vitio mihi vertet, si justa querela per-  
cipisimos istos homunciones, in hoc orationis meae limine, per-  
tingam, atque, <sup>ut</sup> si non insana, audacia tamen non ferenda, macula  
ignos judicem, quibus tritum illud omnium sermone proverbium sine  
ulla distinctione, sine ulla exceptione in ore viget, Heroum filii  
sunt nota. Obstupesco sane: stant comae, et vox faucibus haeret.  
Et quidni obstupescerem? Ecce enim illi id, quod rarissimum  
est, omnibus exprobrare audent. Optime equidem scio, tuque  
veteres venerandi, quod, si in Antiquitatum Recessus excurramus,  
esse replicemus memoriam, qui unquam in Orbe vixerunt,  
inter legendum deprehendamus, unum vel alterum ex Heroum  
procerum a paterna virtute degenerasse. At vero ~~sciam~~ illi,  
qui raram rhinocerotis habent, plurimos tamquam Heroum liberos,  
non paternam virtutem non exiguasse tantum, sed et in-  
terdum superasse. Haut itaque abs re fore puto, si jussu  
Praeclariss.



Præclarissimi in inclyto hoc ad Nissam Gymnasio Domini Præsidis  
M. Christiani Furcii, Præceptoris meritissimi, illud Latinorum Pro-  
dici, quod è Diabolo pugnat cum superiori sententiâ paulò accuratij  
sub acioris Julij nichilominus revocem, fusijsq; deinceps tractem, quod  
legitur his verbis:

Horat. lib. 4. od. 7.

Fortes creantur fortibus, et bonis:

Est in juvenis, est in equis patrum

Virtus: nec in bellum feroces

Progenerant aquila columbam.

Vellem nunc ego, nec quicquam magis in votis haberem, quam ut  
sermo mihi hodiè flueret suavis, auribusq; vestris accommodatus:  
Fluere, quam optimè sciam, quam sit mihi curta supplex,  
ad vestram favorem tanquam ad sacram aliquam arboram  
confugio, vosq; Auditores suspiciendi, venerandi, oro, rogo, obsecro,  
ut mihi dicturo faciles accommodetis aures: præprimis ubi mi-  
hi favente Deo et fortuna vidente ad allata superiori oratione  
respondere exempla: respondere item ad rationes ibidem allatas,  
brevitè licet ac levitè, prospexerim, sententiam paulatim Ab-  
ratu illustraturus, idemq; exemplis contrariis in ipso orationis cursu  
demonstraturus: crebris fortiter creari fortibus, quam Heronem rapas  
evadere filios. Atq; ut à sacris quidem initium faciam exemplis,  
quippe quæ fortius probant, confirmant, corroborant, in primâ  
utiq; acie reu stat Isaacus, Ababa filius nunquam dege-  
ner, in monte Moriab Tragediam daturus, cui nihil simile  
dederant Athens: Ecce enim Probas in agebat reu Nemi-  
nis interruccius, qui Isaacum patria jubebat dextra immola-  
ri: Epitaphin agebat ipse Isaacus, spes Patris ac timor, Cæli me-  
nus ac muneris pretium: Catastasm uterq; persolvebat, pater  
ac filius, qui gladium alter, alter jugulum nudabat. Sed catastasis  
horrorem lata excipiebat catastrophe, dum momento eodem im-  
perium Deus, ferrum genitor revocabat. Quid ergo? Nonne satis hoc  
docuerit et, nibilo parente suo pietate inferiorem fuisse Isaacum.

Tam



quibus ubi ille erat, ut in numerum optimorum Patriarcharum ipse Deo  
 referri mereretur. Succedit Jacobus, nec et ipse minor pietate  
 Jacobi. Tot etenim in hoc documenta, quot gesta, habet in  
 quas quilibet discat virtutum leges. Quid de Davide, Rege o-  
 felicissimo pariter omnium miserrimo dicam? Fuit, fuit ipse opti-  
 mus patri filius, qui felicitatis hoc habuit maximum, quod ex minimo  
 v. fuit miserrimus, quod regentes avaritia eundem vixerunt.  
 Sic & porro virtutibus paternis respondisse legitur Iosaphat:  
 qui erat vir religioso Dei cultu mentis clarissimus. Et fuit: quem in Pa-  
 tris religiosam Dei cultorem, utpote qui, delictis aris <sup>idolorum</sup> & idolorum,  
 paterna perfidia sustulerat, studuit & ipse, ut religiosis virtutibus effe-  
 ctus. Sed Scripta profana si evolvamus, statim occurrit Xerxes, utpote  
 in terris, maximus regum Persia, tantum terribilem se praestitit, sed  
 cui quod compedes injicere & caelo tenebras inducere auctus. Hunc,  
 ergo in orationem hanc producam oratoriam: Ecce  
 ipse fortitudine, prudentia, aliisque virtutibus instructissimus Darii Patris  
 legi pede vertigia, Bellum, quod Pater in Athenienses molitus  
 fuerat, ipse apparatus quinque annorum prosequens, ac decies  
 milia hominum in Graciam, referente Justino, traducens. Ad  
 Atheniensem Imperatorem devenio. Etenim, <sup>quadragesimum</sup> licet sic  
 admodum initio adolescentis usus fuerat, Patri tamen Miltiadi  
 Atheniensium Duci ex equo ita respondit virtutibus, ut ce-  
 ad principatum perveniret, quam ipse putasset. Habebat nempe  
 ut C. Nepos refert, satis eloquentia, summam praestabat alii li-  
 beritate, magnam prudentiam, cum juris civilis, tum rei militaris  
 sciret, ut quod cum Patre a puero in exercitu fuerat versatus.  
 Sed et ex totidem victoriis, quas terra marique obtinuerat. Audiamus  
 quibus verbis Cimonem Valerij nostri Maximus compellet. Sic  
 ait ille: Ne te quidem Cimon, silentio involvam, qui Patri tuo  
 septem voluntarius vinculis emere non dubitasti: Nam et si maxi-  
 mo hostis & civi, & duci evadere contigit, plus tamen aliquantulum  
 in carcere quam in Curia es affectus. Cetera n: virtutes ad-  
 rationis tantummodo cultum, pietas vero etiam amoris patri-  
 na meretur. Respondet porro Pericles Atheniensium Dux,  
 maxima virtute et eloquentia, virtutibus paternis:

Orator



Orator scilicet temporis sui fuit celeberrimus, nec tamen arguam, quam fugam  
gestam jamjam aspersurus esset, precari Deos dubitavit, ut ne quod verbum  
tum ipsi in mentem veniret, aut ore exiret, quod offenderet populum. Cum  
filiarum leui audiam: Is namque ita de Pericle: Quotiescumque verba facturus  
in concionem prodiret, optabat, ut sibi nullum ejusmodi verbum exiret,  
quod populum exasperare atque irritare posset, aut quod ipsi contrarium esset,  
et cum ipsius voluntate pugnantem videretur. Nonne & Catigony Patri  
suo fortitudine, prudentia, pietate & affe respondit? Respondit itaque. Nonne  
& Hannibal Carthaginensium Dux celeberrimus, Romano vero Romini  
hostis inexorabilissimus, vertiginis patrem innotuit? Innotuit utique, nec quia  
Hamileari parenti concessit in atrocissimis, funestissimisque bellis  
vendo cum Romanis, quos et ingentibus sagittis dardibus affecit,  
donec a Fabio curatore ad Carnas tandem vinceretur, qui,  
ut Satyricus scribit,

Semper inter septem, perjuris esse superbum  
fuerunt. Militarem viderim hujus peritiam et artem bellandi  
tantopere miratus legitur Scipio, <sup>ut</sup> Carium Ducem seu Imperatorem  
foram Hannibalem primum, secundum Gyrdem Epitotum  
de eorum, tertium semet ipsum pronunciaverit. Quid? quod C. Nepos  
de Hannibale sic scribat: Si verum est, quod nemo dubitat, Populum  
Romanum omnes gentes virtute superasse, non est inficiandum, Han-  
nibalem tanto partivisse ceteros Imperatores prudentia, quam  
to populo Romanis antequam fortitudine cunctas nationes.  
Nam quotiescumque cum eo congressus et in Italia, semper dices,  
sit superior: qui nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset,  
Romano videri potuisse superare. Sed multorum obtractatio de-  
vicit unius virtutem. Iuxta haec, nonne & Quintus Fabius  
maximus Dictator, quem curatorem conominabant, quod Han-  
nibalem non clausisset, vel, ut Ennius loquitur, cum tardo re-  
re restituisse, ut rebus bene gestis, ita virtutum ornamen-  
tis par sit parentis? Fuit utique. Sic enim de eo Valerius Max.  
Nihil. Fabio Maxim. qui Gallica Victoria agnomen sibi met  
ac posteris peperit, adolescens regis infame, nihil tu. Eodem  
et oratoris aut speciosus ullo seculo nostra Sabul Civitas. Quid  
de



ad integras serbes de primo jam optimo illo Oratore, de  
 Imperatore, optimo Senatore Marco Lucio Catone  
 ? At nam in omni virtutum genere excellit, ut  
 bonarum artium Magister appellaretur, nitelo parente  
 conditione inferior. Marcus Censorius Cato, scribit Quincti,  
 in Libro VI: idem Orator, idem Historiarum Auditor, idem ju-  
 venem rem exhorare peritissimus, inter tot curas militum, ten-  
 tioni contentiones, rudi seculo literas Graecas etate jam de-  
 didicit, ut esset hominibus documento, ea quorum percipi-  
 que se nec concupissent. Sed satis de Catone: Memorandi  
 sunt etiam L. F. mitis Gaius Macedonius, Germanicus Drusi filius,  
 Vespasianus, et longe plures, quam aures vestrae, A. V. capere  
 possunt: qui ipsi magna cum laude nequaquam inferiores pa-  
 tribus suis pietate, prudentia, fortitudine fuerunt. Nec desunt  
 tibi alii exempla, dummodo hos mundi angulos percurrens,  
 exempla colligam, qui nostro, majorum virtutum sero tales  
 quales in parentibus suis olim cogniti fuerant. Deprehende,  
 si id fecerim plures fortibus creati, quam forte He-  
 rum filii nosse aequari fuerint. Deprehendens & ipsi hoc, quod  
 Herum filii parentibus in virtutis studio ac studio se quae-  
 rare concedant. Sed quid prima classis Exemplis minoror?  
 non ab his ad secunda classis transeo exempla? quod omnino  
 in Orationis meae cursu praesepit, superest exempla, quibus constat  
 non plures Herum filios parentibus suis virtute longe superari,  
 non exisse. Possent a. infinita hoc habere, si non modo potius, quam  
 multo spectanda. Interim tu. unum vel alterum primoribus  
 aliter, quod dicitur labris attingam. Extant, extant utique  
 in sacris Bibliis, Iam in profanis Autoribus multa praeterea  
 exempla, in quibus facile primum sibi locum vendicant Exemplum  
 Thars. Quid enim? nonne in sacris Iudaeis legitur ipse hoc,  
 se superari Thars parenti exisse? Legitur utique; Unde & Deo  
 non ceteris tam gratus erat et acceptus, ut in nullo circulo  
 non ipse existeret, in quo ipsa Divinum Numen cum eodem,  
 tanquam



tangam cum Amicis colloqueretur. Erat nempe hic ipse in Palaestina  
natus, quam v. inter siderum cultores tutorem siderum cole-  
ret, patrum celum malebatur emittere, quam adorare. Pro-  
fugis igitur et palatibus, ut famem averteret, prope famam  
evertebat, ex ira in patre multum pater futurus. Conde-  
natus vobis, A. V. ob oculos, quem et Jurei Romae Codex, Jo-  
sephum, Jacobi & Rachelis filium primogenitum, qui quidem  
cura ac solatio maxime erat parentibus, sed odio seditionis patri-  
bus. Ecce n: erat in hoc dona Dei excellentissima, fides nem-  
pe, pietas, scientia divinarum, obedientia, castitas, patientia,  
unde nec in ullo a Deo, cuius amore sincero semper flagrabat,  
arte periculo ipse destituebatur. Et licet prius in carcere ille  
conjiceretur, tamen tamen summa gloria ac fama patrem Jacobum  
longe superabat, quam Dominus Aegypti jamjam creatis multis  
terris in amore caritate prudenti prospiceret. Longe porro  
antecellunt patrem Moyses, nova spes Ebraeorum, ortu, vita, obi-  
tu mita fides, supra quinionem positus. Hoc scilicet Duce fiebat  
ut starent aquae sicut montes, et populus Israeliticus per mare ru-  
brum iret, et insequentes hostes in profundo tanquam plumbum  
mergerentur. Nec minus de Josua, filio Nun, in sacris sacrorum  
Literarum Pudentis hujus, quod huic par pietate & fide post Da-  
videm vix ullus reperitus fuerit, quique qui primus ingressus in Palesti-  
na Victor, Hierosolymis procedentibus tibus, ut accedenti  
Victori cederent, suam mole ruere vult. Josiam, Judam  
Maccabaeum, et reliquos historiae sacrae heroes, qui virtute  
parentes <sup>longe</sup> superant, libens libens pretereo: quam omnino  
tempus <sup>profusa</sup> sit hujus loci deproperare exempla, in quibus mihi qui-  
dam quasi quidam Dux et antesignanus Heroum omnis ari  
obviam procedit Cyrus, Cambyses filius: primus ille, qui primam  
constituit Monarchiam. Si namque tot tamque magnas res ses-  
sit, tot tamque praeclaras in multis praeliis victorias reportavit,  
vit, tot tamque varias Regiones ac Urbes in suam potestatem  
redegit,



et similem nunquam Patrem habuerit. De Alcibiade  
 filio, legimus, quod & hic multo superior evaserit parente.  
 siquidem Natura quid efficere possit, videtur experta;  
 casta vero etiam omnes, qui de eo memoria prouiderunt,  
 vel in vitis, vel in virtutibus nihil fuisse excellentij, tradit;  
 Imperator erat summus terrarum marium, ac in eo tanta eul  
 oratio oris atque orationes, ut nemo ei dicendo posset re-  
 suerantur quorum in Heronum filius huius Maanuerandus,  
 multa diu, sapienter, & feliciter, & modestè gessisse leguntur.  
 nempe ille homo, licet varij nominis genera vite esset, maxime  
 virtutibus illustribus. Tu ubi nunc es, Alexander,

et nomine magne; Eloquere facta tua heroica, ut  
 habeat huius, quod Patrem fortitudine, excellentia, rebusque gra-  
 uiter gestis tam longè superaverit, ut de Te non ineptè Iuvenalis:  
 Vni Leltes iuveni non sufficiat Orbis.

Nec tute e' Jacit Imperatoribus indichy mihi abitis, Agesilae,  
 qui & ipse inter Heronum filios non ultimū tibi transcri-  
 beret. Tu nempe quem Archidami filij effes, ita excellen-  
 tia virtutibus huius, ut filij optimo parente dignus, eundem tamen  
 prudentia, fide, modestia longè superares. Sed est  
 etiam stantibus, quem maxime huius probabam in laudis  
 campum? Ecce simul, dum evolvo Historiam Romanam,  
 mihi occurrit L. Tarquinij Priscus: qui iure qui oruindus Corin-  
 thos, pacem noenium Italicis artibus ita miscuerat, ut  
 regem ultra petens acciperet et industriam ac elegan-  
 tiam, qua longè superaverat patrem Demaratum, potentè  
 mercatorem. Nec tu caret huius laude sua Valerij Logheda,  
 quem qui talis de non contentendo Ave Romano, qui primus  
 Caput fuit, qui ex summo studio arripuit et ad augendam po-  
 tentiam regiam, inde pietate huius sua, prudentia, ac summo  
 in Fabian amore longè superiorem parente se prestitit, vel  
 id uerum hoc quicquid est coronam adeptus, quod Populum  
 coleret. Non est quomodo mecum conspectum huius fuit M.  
 Marcellus,



Marcellus, Vir Consularis, infensissimus Julii Caesaris hostis, qui in  
Bello civili a partibus secebat Pompeji: Non fugit Scipio uterque:  
Non M. Atilius Regulus; non Lutatius Catulus: non Publius Censor,  
qui omnes non sine laude sui longissime parentes virtute superantur,  
indei maximo ornamento familiaris sui fuerunt, ut e' Macrobio Stat.  
Or. Pompejus me jam in admirationem rapit, quippe qui, quae in  
rebus gestis celeberrimus esset, suis nunquam hostibus inferior, semper  
superior extitit: uno hoc excepto facto, quod in campis Pharsa-  
licis, sive Philippicis cum Caesare congressus vinceretur. Quid  
porro? nonne & J. Caesar Romanae Monarchiae primus Conditor,  
Literis & bello clarissimus, virtute Patrem vicit? Tam feliciter  
Cura vicit, ut adhaec vivat in Commentariis, quod de rebus in Gal-  
lia feliciter a se gestis terso et verusto Stylo scriptis. Sic non  
minus vivit longe superior parente Octavia Octavianus Caesar  
Augustus. Magistratus, inquit Suetonius, atque honores et ante  
tempus, et quoddam novi generis perpetuorum cepit: Janum  
Quirinum semel atque iterum a condita urbe memoriam ante  
seam clausum, in multo breviori temporis spatio, terra marique  
pace partem ter cludit: Bis omni ingressus in Urbem: Aureos  
triumphos tres egit: continuo triduo omnes etc. Vivunt denique  
vivunt suis multo superiores parentibus, Constantinus M. Constans,  
Theodorus & Helena Filij, Christianae Religionis Assertores ac Defen-  
sori accerrimi: Carolus item M. Carolus V. Imperatores Orbis  
longe felicissimi, et, si qui sunt alij, quos recensere neque argu-  
mentum temporis permittit, neque verba, et. V. fert sapientia et aequi-  
mitas. Quare ad integras gentes prolabor, ut, si qui adhue  
scrupulis subdit, eum penitus ex animo evellam. Adsunt  
atque integrae gentes, apud Romanos satis celebres, Valeria nempe,  
Fabia, Claudia, Aemilia, Cornelia, Cecilia, Metellorum, aliaeque,  
quae si paulo accuratius considerentur, facile ad cuius depre-  
hendere licet, degeneres paucissimos, amulos autem avita vir-  
tute longe plurimos extitisse. Ex his itaque, quae satis fere  
a me enumerata



enumerata sunt, vel ipso meridiano solis iutare claris patet,  
Optimo Parentes bono frugis filios ut plurimum procreasse,  
quorundam Parentum virtutem a liberis tam longe  
separatam, ut sic na nepti quonda Verusina Aenea  
accinerit: Fortes creantur fortibus & bonis.

Quomodo, quae qua eras, o Antecessora virga, longè erras?  
tota, quod dicitur celo erras, si ita sentias, quod Heroun  
omnes aut pleriq' sint noxae: Etiam si n: Exempla in hanc  
partem protuleris non inepta, tamen verisimilior illa semper  
est oratio, in qua copiosior exemplorum seges, quam cuius  
vires liceat, ut dictis habeatur fides. Interim quoniam,

una hirsutis, ceu vulgo dici solet, non facit Yca; ita  
neq' alterve degener filius, si ipse factus Corydon de  
sua fuerit, toti familiae notam infamiae mittere potest. Prae-  
sertim quoniam defectio unius plerumq' patris autem viri,  
si in eadem domo conpersetur. Unde & ego satis iniquè  
openses, si ob inam alteramve malam spicam tota  
causetur seges.

Nihil autem heic miri est, quod filii Aeli, du-  
biti Sprælitici, degenerarint: quoniam ipse illis omnem lasciviam in-  
tulit, ceu alter Nixus. Ut autem quisq' suum esse vult, talis est.

praeterea Caino Sethum & Abelen, Aegdoni Salomonem, aliorq'  
minimè perduelles filios opponere. Neq' vero ceterorum in  
superiorib' Oratomb' enumeratorum Heroun liberi ad usum o-  
mni fieri degeneres: sed unus tantum itemq' alter. Quod  
reiq' fit, minus verisimile esse dicitur ap. Philopodum. Verisimile  
est Ubi nunc estis, qui ante me stentura vii voce clamastis,  
Heroun filii sint noxae? Audite oculamenter vobis Horatium:  
Fortes creantur fortibus & bonis.

Neatis interim, si ita lubet, ima summis: avertatis fluvios: perfo-  
diti Aethra, aut etiam Pelion Ossa, nec tamen Ego ab Horatia-  
na in veram descendam sententiam, sed illi semper adhaerebo  
Spiritus hoc reget artus: Praesertim ubi aliorum sapien-  
tiam Virorum testimonia adsum: sic enim Plato in oratione  
furebri



Turebri eos, qui pro Latia' occubuerant, bono fuisse memorat, eo  
quod ex bonis essent procreati parentibus. Et Aristoteles in Politicis  
scilicet, esse probabile viros prostantiores existeret eos, qui e' prostant,  
horribus nati. Nec abluunt Poeta: Hi enim, quantum ad ingenium  
un et mores mtercedat, stipes valet declarari, immo in ingenio  
Eminet e' pax, e' Vigor, e' Leonibus ratio dicunt. Notus et Virgilii  
locus: Ita namq' dicit ibi ad Trecan:

Nec tibi Diva parent, generis nec Dardanus Autor  
Peptide, sed duris genuit de castris horrens  
Circasus, Hyrcanusq', admirant aera Troes.  
 prius ad exempla confugere liceret: quippe quae magis mouent. Habeo utique in-  
 numerata exempla eorum, qui honestissimo loco nati pessime vixerunt. Non  
 a. quae olim, sed et quae nostro tempore accidere, exempla mihi suppeditant, quorum  
 nonnulla ex utroque genere haec enarrarem, nisi illa recentiorum enarratio  
 nimis odiosa futura esse, mihi videretur. Ad praesens igitur aui provocabo hodie e-  
 xempla: Vah n. quid Gyro rege iustis? quid Cambyse filio crudelibus? Nemo  
 nemo fuit illo iustior, nemo et contra hos altero crudelior. Neque effugerunt  
 talem natalium inconstantiam sancti olim homines. Quid? Nonne Abraha-  
 mus via religiosus, ferocem ac impiam, illisorem, qui erat Ismael, ex se genuerat?  
 Nonne factiosum habebat filium Absolonem Rex piissimus David? Nonne im-  
 prudentissimum ac crudelissimum successorem in filio Rehabeamo reliquit  
 Rex sapientissimus Salomon? Reliquit utique. Sed dum in sacris haec haere  
 annalibus, exemplum succurrit Africanus. Is n. non pro similiorem reli-  
 quisse, apud Valerium nostrum legitur, filium. Is scilicet in tanta domestica  
 gloria ortus, a parvulo admodum regis Antiochi praesidio capi iussit  
 cum ei voluntaria morte assumi satis fuerit, quam inter duo fulgentissimos  
 cognomina patris et patris, altero oppressa Africa iam parto, altero iam  
 maiore ex parte recuperata Asia, surgere incipientem, manus vincendas  
 sibi tradere, eoque beneficio precarium spiritum obtinere: de quo mox L.  
 Scipio speciosissimum Deorum hominumque oculis subjectum erat triumphum  
 O ergo opprobrium omnium Scipionum iuste exclamat Iustus Lipsius. Nam  
 qui non indignaretur generosissima prosapia hominem eumque Romanum, non tam  
 a libertate, quam ab ipsa servitute degenerasse, ut ad has sordes animam  
 abjiceret? Ita scilicet omnino haec valet Graecorum illud: ἠπίων ἀνδρῶν τέτρα-  
 τὰ μίμναται. Valet et Ebraeorum illud: Filii vini acetum. Verum mis-  
 sis his et aliis, quorum utique magis est numerus (aequa n. domus, quae famulatur  
 huiusmodi exemplis non infamis: quae heroum stirps, cui non exequias  
 vitiosior paravit progenies) ad rei tam funesta causas ingruendas tran-  
 seo. Transeo, inquit, misis ad Causarum investigationem exemplis: Dum  
 a. quaritur haec, cui heroum filii sint noxae, statim, nescio quomodo audio an-  
 tiquam haerentem meis occurrentem auribus: Culpam esse in ipsa genitura:  
 Talis namque semper praesumitur filius, qualis fuit pater eius. Et non potest  
 filius facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, filius quippe  
 bonus praesumitur propter patrem: Contra natus ex mala progenie, praes-  
 sumtionem pro se fert, quod sit malus, ut arbitratur Baldus: Stultitia  
 n. hereditaria morbus est a patre, inquit Stobaeus. Unde et proverbium  
 natum: Malus corvus, malum ovum: Quid quod et eo alludat Hora-  
 tius, quum canit:

Fortes creantur fortibus et bonis  
 Est in iuuenois, est in equis patrum  
 Virtus: nec imbellem, ferocem  
 Propenerant aquila, columbam.

Intellexit id Philosophus: Quare quum adolescentem petulantem aliquan-  
 do conspexisset, dixit illi: pater te sevit ibi. Sequitur altero nomine locum  
 matrimoniorum inaequalitas, quae causam huius rei alii supponunt. Ecce  
 n. quam aliam rebus sic stantibus, uxor animi corporisque dotibus destituta, pro-  
 lem, quam sui similem ederet? Nec infima interim est gravissimis sobolis  
 corruptae causis neglecta est educationis: Certi si aliquando in liberorum

Val. Max. Lib. 5.  
 P. 1.

good si nolit d.  
 qui mancipia ff.  
 in l. si quos C. de  
 conf. in fine.  
 Stob. Sermon. 88.

Horat. Lib. 4. Od. 4.



educatione diligentiores essent, procul omni dubio Heroum filij toties non  
 essent futuri. Quid de parasitis et adulatoribus dicam? Sunt n. et hi cau-  
 sa infima corruptae sobolis. Si utiq; non raro ut illi ipsi factum inspirent  
 liberi, lasciuamq; in iisdem accendant. Nec in. in talibus et aliis  
 residet culpa, ut a parentu splendore degenerent filij: Est siquidem  
 quod i. praecipuis causis, cur illi degenerent, haec quod potentia domus  
 cogitanda cuncta licet sibi Heroum filij putent. Accedit huc connata  
 indoles. Inflat namq; ut plurimum st homines nobiles: Mobiles ad  
 sunt illi et plus ad imagines suas, quam ad recta studia respiciunt.  
 Deo superbia illa et insolentiam prava sobole ulciscit, ne a carne et  
 sed ab ipso gratia pendere videantur. Patet i. dictis, quam  
 momenti sit fiducia, quam nonnulli in nobilitate sua ponunt. Patet  
 parum sit sanguine suo nobili niti; praecipuis ubi genere tantum no-  
 iudicio magno illis. Cui Arumaei, praesumptione potissimum tales  
 in rei veritate interim nobiles existunt, quibus virtutu vestigiis  
 maxima et cura. Quid ergo restat iam aliud, quam ut de Ami-  
 ostendam? Sunt Amici ut plurimum inconstantes, et fortunam  
 quam mores sequuntur; unde et tot passim ueritate partim sequuntur, par-  
 tium. Troji Pompeji Epitomator Iustini de Amicis sic dicitur: Justin. lib. 5. Hist.  
 fortuna, eo etiam fauore hominum inclinatur: Rebus quibus in aduer-  
 sunt plerique Amici. In maiorem asseritionis meae fide, provocare heic  
 sufficiat Mithradatem: hic n. omni spe perditam, promissa Partha  
 clientis secutus, dolo eiq; victo victorisq; traditus. Quare? Cornel. Tacit. lib.  
 suum adire heic haerens disertissimus Romulus Nepotus Cice-  
 nam ille: ut hirundines a sero tempore praesto st, frangere pulsa  
 Ita falsi amici sereno vitae tempore praesto st simulati, fortuna  
 uiderint, desolant omnes. Quid quod et plerumq; e celebratiss.  
 Julij Caesaris sententia, in calamitate ex amicis inveni-  
 Existimatio quippe plurimorum non rerum menta, sed Jul. Caes. Lib. 3  
 spectat eventum: uti quidem asserere nullus dubitat, qui in bell. Civil.  
 nulli facile credit Boethius. Dixi de prima Orationis Boeth. lib. 1. de  
 parte longiq; fortasse, quam ferebat tempus: sed omnino parcius Conf. Philosoph.  
 posuit, et ego volebam: Dicam hunc breuiter de altera,  
 rationes afferam, cur virtuti unici debeamus niti. Ita a. est, quod De-  
 iudicis studiosis faueat. Etenim si percurramus sacrasu literaru  
 praesta, et ex illis exempla quaedam decerpamus, occurrit  
 praecipuis Iosephi iuuenis castissimi: Occurrit Salomonis  
 qui unquam florere, ditissimi atq; ac sapientissimi exemplum:  
 et aliorum virtutum studiosissimorum exempla. Quid non e  
 benignus illorum fautor erat: Erat utiq; Accedit interim et hoc  
 virtute debeamus niti, quia id omnium sapientum autoritas suadet:  
 iudicam heic Plinium primam liberalioris doctrinae et antiquitatis  
 asseram his verbis hortantem: Tu modo exitere ut tibi ipsi sis tanti Plin. Epist. 3. lib.  
 parti videberis aliis, si tibi fueris. Quin et iusto bona in literarum 1.  
 re iusto Lipsig huic ad stipulato: cum alicubi sic scribit: Doctrina Lips. Epist.  
 re virtute damnosa: Virtus sine Doctrina parum ornata est. Ndo  
 trahere, quod ipsa Virtutis natura id evincat, quod sola siquid: Virtus  
 cum bonum proprium dici meret: tum utilis res est ad omnia.  
 nientis nimirum erudiendo, infirmos roborando, lasciuientes coercendo,  
 mantes in viam revocando iuvat. Mitto tandem, quod Virtus res  
 admodum constans. Scite n. et erudite hac de re jam ante me olim  
 ac dixit morum ille censor, vitiorumq; castigatior severissimus omnium

Discurs. Academ.  
ab. Cornel. 11. p. m.  
428.

Justin. lib. 5. Hist.

Cornel. Tacit. lib.  
12. Annal.

Cic. IV. ad He-  
renn.

Jul. Caes. Lib. 3  
bell. Civil.

Boeth. lib. 1. de  
Conf. Philosoph.

Plin. Epist. 3. lib.  
1.

Lips. Epist.



Senec. Epist.

Sallust. in Catilin.  
Conjur.

mortalium sapientissim, Seneca; Nulla possessio, nulla vis auri et argenti  
pluris quam virtus estimanda est: Nec minus sciti dictum habet, quod sub-  
tilissim brevitas artifex Sallustio serae posteritati reliquit: Sic namq[ue]  
ille: Dintiarum et forma gloria fluxa ac fragilis est: Virtus a. rara est  
et aeterna. Nolo plura: Nam temporis ratio, et huius loci consuetu-  
do, me, ut vela contraham, portumq[ue] tandem aliquando respiciam, more  
recolite interim, recolite vobiscum ea, quae dixi, Symachi praesertim.  
Dixi omnino, Virtute, non sanguine nitendum esse: Solvi objectiones et  
 respondi iis, qui secus sentiunt. Dum a. talia et alia recolitis vobiscum  
 strenue in Virtutis studio et studio pergit, donec id totum emetiamini: Et  
 a. Virtus sola ac una via quasi est, qua ad veram et sinceram No-  
 bilitatem pervenire licet. Genetrix Nobilitatis est: Et et ipsa nu-  
 trix. Virtus siquid. parit Nobilitatem eandemq[ue] alit: haec, haec effici-  
 tae tuet, haec conservat Nobilitatem, Audite Juvenalem: Is enim  
 ipse sic alicubi:

Juvenal. Satyr.  
VIII.

Tota licet Veteres exornent undiq[ue] cere  
Atia, Nobilitas sola est atq[ue] unica Virtus.

Et quidni esset? Etenim, quid Davidem ex caula in aulam protraxit  
 atq[ue] pro pedo sceptrum dedit? Nonne Virtus? Quid Athorlem, e  
 figulina exivit, et ad Sicilia gubernacula admovit? Nonne Virtus?  
 Quid Primislavum a sua avocavit et capita ac fortunas Bohemoru  
 comisit? Nonne eadem Virtus? Virtus, Virtus omnino fuit, quae P.  
 Virgilium Maronem, quae L. Horatium Flaccum, quae alios in-  
 meros, a contemptu, ab oblivione, a silentio hominum vindicavit, et ho-  
 noribus ac opibus immensis auxit. Abjicite proinde si qui vestrum nixi-  
 suo si sanguine inanem illam confidentiam, confidentiam, isto, abjicite  
 quam in natalibus, in amicis et cognatis vestris posuistis hactenus.  
 Contra ea vero, quod denuo, sed phrasi paulo immutata, repetito, ambaly  
 ulnis Virtutem amplectimini; Nam

VIRTUTE DECET NON SANGVINE NISI.

Dixi

Henricus Gramplerus,  
Sagano-Pilesig.



ORATIO

DICTUM D. MINII

647

Honestus rumor alterum est patrimonium.

Epordium.

ah! quod Symmachi suavissimi, memorabiles maxime  
 Christiano orbi utiles veteris protulerunt Ecclesie  
 sententias: sententias, in istis, protulerunt, literis,  
 admodum dignas, dignas sane, quae aureis  
 hominum animis inscribantur, imprimantur, in  
 - **Quid?** Nonne praeceteris dignissimum est  
 atque memorabile estatum, quod ab aureo D. Chryso-  
 stomo ore, atque his finitur verbis: Conscientia  
 pro te, fama propter alterum, proximum tempore, summe  
 necessaria? Ita scilicet est, quae conscientia nos Deo  
 hominibus probet, illa in istis, haec foris afficiat.  
 vos juvenes ornatissimi, etiam si usque adeo, in  
 improbitatis ebene non haeceatis, aut adeo  
 prudentes ac imprudentes sitis, ut nec Dei nec homi-  
 num de vobis iudicia curetis, statim in hoc orationis  
 hortor moneo, ut ne unquam eos in societate  
 adiscatis, qui nec famam curant, nec conscientiam  
 illam relinquunt. Quin potius istis eam  
 operam, quae Deo et hominibus placeat, atque ipsi  
 Deo et hominibus placeatis, sedulo curate. In quem  
 finem D. Minii sententiam hodie evolvam, quae  
 his circumfertur verbis: **Honestus rumor**  
 alterum est patrimonium. En autem  
 vobis egregiam sententiam! quae et ipsa admodum digna  
 et paulo superius explicetur. Unde nec verba pau-  
 cere de eadem apud vos, Symmachi suavissimi, ex hac  
 perantium cathedra dubito. Prorsusquam vero in  
 a me eloquentia tirone fiat, summo prope etiam  
 etiam contendo, ut orationula mea vela eo, quo  
 capitis favonio impleatis, quo feliciter aq. a facilius,  
 secundis velut subvectis ventis, portum suum eminus  
 iam conspicio, consequar. Item arriente aures eam,  
 et audite me breviter ac leviter de nobili mate-  
 ria, ea fini disperentem, ut vos ipsi honestam famam,  
 quam alterum patrimonium vobis comparare, et  
 semper eandem servare pudeatis. Ne tamen quicquam  
 quam

Propositio.

Cap. Benev.



Tractatio.

Cic. 7. Epist. ad fam.  
No.

Senec. Epist. 77.

Prolog. Lelutia  
Lib. 2. Epist. 288

quam heic sine iusto ordine fiat, utpote quo nihil aut  
pulchrius est, aut ad usum accommodatius, sedulo cautu-  
rur; dicam prius, quinam rumor honestus sit habendus.  
Deinde quantum huic sit tribuendum. Tu mince studio-  
sa Musarum Nysiacarum Corona, aures non solum pa-  
pulas aperire memento; sed et animum jam ad verbum  
ad eos attente auscultando facito, ut in aures penetret, et  
quidem suaviter, quasi leniter fluente ac spirante  
flumine influam, atq. simulos quosdam non poenitendos  
in animis audientium relinquam. Verum enim vero  
vobis, vobis praecipis, Symmachi suavissimi, in hoc ipso  
tractationis initio, Romano more, h. e. optime com-  
mendaturus, virtutem, non fictam, non simulatam;  
sed verecundam ac sinceram, tanquam unicum honestae  
famae fundamentum, intelligo. Quales namque quivis habe-  
ri vult, talis ipse sit, necesse est. Virtus, virtus nempe  
eas sincera ac vera, unica res est verum omnium pulche-  
ritima, quippe qua nihil formosius, nihil pulchrius, nihil  
amabilius in hac rerum universitate reperiri potest: ut di-  
sertissimus quidem eloquentiae Romanae parens loqui ali-  
bi amat. Respondet huic sapientissimus Stoae Romanae  
Philosophus Seneca, cum inquit: Virtus extollit hominem, et  
supra caera mortalibus collocat: nec tamen ea, quae bona,  
nec ea, quae mala vocantur, aut cupit nimis aut ex paves-  
cit. Atq. sic omnino virtus, virtus est, quam immortalis  
comitatur fama cum umbra corpus, et nunquam deserit:  
vivit utiq. post ipsa etiam funera virtus. Quare non  
virescunt, auro rutilantes, ac coloribus nitentes,  
non pulchritudo, non robur, non imperium, non Regnum,  
non aliud quicquam eorum, quae magna esse videntur,  
quum tempore cedant, et in mole tandem sua ruant, aut  
in oblivionem abeant, immortalem famam parant, sed sola  
sola et unica virtus heic valet, quippe quae praeterea et  
nunquam intermorituram famam ex se creabit, nec vetus  
fati cedens, nec oblivione marcescens, sed semper recentem  
ac vocentem memoriam post se trahens. Intuemini heic  
o Symmachi mei dulcissimum Philosophum; nitentem enim et  
clara



ministri: cernite patrem familias: porrite et  
 ob oculos militem aut alium quemvis, qui post busta  
 vivere cupit. Nonne hi omnes per virtutem sibi in-  
 famiam parare student? student ubi, ino et  
 eandem, eam non fucatum, sed sinceram virtutem,  
 fragilem habet, atq; caducam vitam, in memoria in-  
 omnium bonorum versari cupiunt. Quid? Nonne vi-  
 todienum, quem sapientissimum omnium mortalium  
 dicitur in sum Apollinis Delphici oraculum, totius Philo-  
 sophie moralis fons et origo Socrates? Nonne vivit  
 divinus Plato, cujus ore vel ipse Jupiter si loqui  
 posset, usuris fuisse perhibetur? Nonne vivit magnis  
 Aristoteles, peripatetica Philosophia Dux qui,  
 et Antigonarus? Vivunt et veteris Ecclesie doctores  
 Basilius, Chrysostomus, Augustinus, vera  
 ecclesie lumina ac columnae firmissima: vivunt rei fan-  
 scriptores celeberrimi Varro et Columella:  
 vivunt porro hodiernum apud Graecos militia Duces fami-  
 lissimi, Miltiades, Themistocles, Simon, Aristides  
 et ceteri, quarum vitas tersissimo stylo persequitur Cor-  
 Nepos. Apud Romanos, qui militia quondam cele-  
 Scipiones hodiernum vivunt: vivunt Caelii, vivunt  
 Fabii: vivunt, inquam, hi, ceteri omnes supra com-  
 mendi per virtutem, qua orbi se reddidere celebres.  
 et insuper virtus optime commendanda, quia est ar-  
 vidualis, amnis impervius, mare innavidabile, ignis  
 invisibilis, thesaurus in exhaustus, exercitus invictus,  
 quod non fatigat, explorator qui semper redit, specula-  
 qui non fallitur, iter quod non sentitur, amicus qui sem-  
 psubvenit, pharmacum quod citissime sanat, fama quae  
 pernam petit. Unde et ipsa laudari cupit non nisi a bonis  
 recte judicantibus, quibus vulgi temerariam et inconsideratam  
 spernat vocem, eam demum iactantem reputans laudem  
 ab his proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Est  
 haec etiam maxime commendabilis virtus, quia ipsa  
 verum alimen- tum praebet laudis et honoris: quin ino-  
 nullam

Wackel. Horat.  
 princip. p. 68.

val. May. l. 2  
 Cap.



Cic. Philip. 5.

Philo lib. de cha-  
ritate p. 553.

Senec. Epist. 92.

Cic. pro Rabir.  
de Verr. 4.

Cic. in partitio  
mily oratoris  
C. 23.

nullam mercedem praeter hanc laudis et gloria iuxta Ci-  
ceronem reportat. Accedit et hoc maxime laudis, quod virtus  
comitem habeat invidiosam pietatem, quippe quae ipsa non pa-  
rum ad famam facit auctoritatem. Solet hanc pietatem comitari  
virtutem, a qua iuxta Platonem non magis divelli potest,  
quam umbra a corpore, quod in sole versatur. Atque hanc  
ipsam Romanae porticus Seno putat hominibus a quibus in  
mortalibus esse concessam, et ut hi quibus virtus animusque  
in pectore praesens, illis aquarentur: Quibus ergo virtutem  
cum pietate conjunctam indefessa opera colunt, expressam  
cum temporalis, tum aeterna salutis habent provisionem  
Audiamus hanc Salvatorem nostrum: Is enim sic alicubi: Ho-  
norantes me, honorabo: Quae de causa etiam fit, ut omnes  
qui boni nominis amantes sunt, religiosi existant erga de-  
um, et ab ipso consiliorum rerumque suarum felicissimos  
progratus expectent ac se expectantes. Ita scilicet illi fore se-  
rant, ut divina adspirante gratia, omnes actiones ad optatum  
finem perducantur, nec tamen dubitant, quin post exitum  
hujus vitae corriculum, quod natura hominibus circumscriptum  
sit immensam tandem gloriam sint adepturi. Intellegunt  
vult ad et ipsi gentiles Poetae: unde iuxta forem maiestatem  
collocarunt, invidentes, veram gloriam, quae omni aere, regali-  
tate tyrannidum perennior, non aliunde nisi coelitus expe-  
ctandam esse, nec ex alia certius virtute, quam e pietate et  
religione sperandam. Latet et dictis nunc satis superque fama  
esse nihil aliud, nisi bonam bonorum de aliquo propter virtu-  
tem confirmationem: Si igitur famam rem optime cuique pre-  
tiosam! o famam omnibus terrenis bonis longe eminentio-  
rem! o rem quam quilibet mortalium praeceteris rebus sibi  
comparare tenetur. Vos interim similitudines dulcissimi  
acceperitis in hac prima orationis parte fundamentum  
bonae famae, sequitur ut in hoc orationis cursu accipiatis  
vias, quibus longam famam et gloriam consequamini.  
Inveniam autem viae illae sunt, forte quaeritis? Oh nolite qua-  
erere. Sunt enim plures, quam ut me una responsione legi-  
mily oratoris virtutem, de deus fugiens, tandemque maximam consequens  
verecundia



Veritas. Veritas, in isto, via prior est, quae  
 omnis honesti consilii, tutela sollemnium officiorum, Val. Max. 1. 4.  
 magistra innocentiae, chara proximis, accepta aliis, C. 5.  
 omni loco, omni tempore, favorabilem pro se ferens videtur, Cre. 1. offic.  
 Illa virtus, via prima est, sine qua nihil rectum,  
 honestum, teste Valerio nostro Maximo, esse potest.  
 Illa via ad honestam famam modesta est et observanda,  
 illa namque est, quae modeste de quolibet sentit, haec  
 quia cultum pro se par est, superiorem desert, aliam  
 ultra defectum, et extra excessum se cuiuslibet sistit,  
 omnino laet, ut obtineat illud, quod verissima  
 Horatius his habet verbis:  
 Est modus in rebus, sicut certis enim fines:  
 Quis ultra utraq; nequit consistere rectum.  
 Modestia sequitur, quae in rebus laudabilibus expeditis  
 maxime est necessaria: Merces sicut enim labor, Cre. pro Archia  
 periculis laus est et gloria. Haec Naso canit:  
 Audia per praecipis gloria vadit iter.  
 Quae vitam quod virtus durioribus negotiis emitecat, et  
 felicitatem aspernans, pudore maximis ad ar-  
 dia nitatur. Quid de morum suavitate, et officio stultae  
 dicam? Quid referam de iusta cum viris honora-  
 tum familiaritate? Hoc dico, hoc refero, duas etiam  
 esse vias ad gloriam et famam consequendam. Habent  
 quidam ordines ad consequendam famam vias:  
 habent et exempla. Ecce autem primus haec est membra in  
 laudam venit Themistocles. Is est nullius bona fructus,  
 perditissimus esset adolescens, vir tamen factus patris  
 esse caput, ut antea esset ei nemo, pauci patres putarent.  
 Fecit namque cum ipsum, ut videret sui ille se ad ru-  
 dem conyeteret. Quo et accedebat crebra cum viris  
 erudite ac sapientia praestantissimis conversatio. Idcirco  
 quum ipse eam ab rem apud omnes honore ac gloria  
 optatum se sentiret, dicitur inde, quod vitandum sibi,  
 quidem

Cre. pro Archia

Ovid. 4. trist. 3.

Cornel. Nepos in Themist.



quod vult imitandum est in vita, qui ad similem laudem adpi-  
 raret. Non alius in viis praestatis ad immortalitatem fa-  
 ma pervenit Aristoteles. Vah enim! unde nomen tra-  
 ctae misisset olim a Platone Praeceptore suo, nisi  
 verecunde, modestè, patienter, pariter tamen et famili-  
 ariter illo usus fuisset. Plura vellem recitare exempla,  
 sed revocat angustia temporis, quae huic operibus destina-  
 ta: Abrumpo proinde primam orationis partem, et ad al-  
 teram transeo, ut dicatis omnes, ut intelligatis singuli,  
 cur famam honestam amare debeamus. Honestus vi-  
 mor alterum est patrimonium, inquit L. Minus. Ita  
 namq[ue] est, quod cuiusvis mœnium ac liberaliter educti  
 hominis proprium sit, bene velle apud quosvis audire. Nam  
 negligere quod de se quis sentiat, non solum arrogans, sed  
 etiam omnino dissolutus est hominis. Praestantissima est  
 ratio, inquit Tullius, diligere formam, negligere famam.  
 Contra ea praestantissimi viri est, vivum sperare, mortuum  
 etiam laudari velle. Unde nec quisquam facile est, qui  
 magnam detrectet famam, qui spernat gloriam, qui laudem  
 et laudem. Et cur fugeret? Cur perderet? cur detrec-  
 taret? Est namq[ue] omnium veritas humanarum praestan-  
 tissimum bonum nomen. Praestat pecuniae bona existima-  
 tio, quippe quae amissa postea nullus eris: opes amissa,  
 fama integra reparari possunt: fama autem semel perdi-  
 ta irreparabilis res est, qui tantumvis suppetant opes. Sub-  
 cepit id Lyrius Epirotarum Rex clarissimus. Unde haec ver-  
 ba annuo inscripta circumspasse legitur: Homini vitio-  
 so levis iactura est fama privata: virtute autem et fama  
 praestantes viri, mori malunt, quam semel famam perdere. Te-  
 stis huius rei causa est succedit: cur rempe fama sit miser-  
 endum? Est autem illa haec, quod auctoritatis epistolae fa-  
 ma apud et rerum reverentiam nervus: Iudaei? Nonne id om-  
 nes die mundi vita humana status uno quasi ore faten-  
 tur? Fateantur utiq[ue]. Prodeant ergo Ecclesiastici: Prodeant Soli-  
 tici: Prodeant oeconomici. Prodeant, inq[ui]t, et fateantur  
 quantum praestet existimatio bona et auctoritas in quibus-  
 vis rebus felicitate operum: Prodest, prodest utiq[ue] plurimum bo-  
 na fama in statu Ecclesiastico: Prodest in Politico: pro-  
 dest

Cic. de finib[us].

Abstem.  
Spartian[us] Lescom.  
Nigr.

Wanckel. Horat[us].  
Lurup. p. 68 E



in economico. Auctoritatem nempe conciliat ministro  
 ecclesie: conciliat patri curia: conciliat patri familia;  
 denique quarta causa, cui bona fama sit pudendum,  
 cui immortalitatis populo inuolent homines. Quum  
 cuius sit brevis: contra gloria sempiterna: Ita  
 philosophatur Cicero, cui tamen album suum Poeta  
 dedit calculum, quum canit:

Cic. pro sep.

Transit honos, transit fortuna, pecunia transit  
 Omnis, sed tantum fama perennis erit.

intellexerunt praeiudicium, quippe cui propriam volun-  
 tatem adiecerunt, aliorum sententiam, et multas  
 fortuna procellas subierunt, tantum ut memoriam sui  
 inter vivos relinquere. Sane non Nimum  
 ut bella uiceret? Serriramini ut tanta cotin-  
 erat edificia? Ulysem Graecum ut tot maria nauicam,  
 tot! Alexandrum M. ut tot regiones peragraret? Hen-  
 rillum Thebanum, ut columnas eo, quod posuit locus stabu-  
 erit? C. Caesarem Romanum, ut iusto bis quinquages  
 proelio decertaret? Scyrum Persarum Regem ut  
 Iraniam occuparet? Annibalem Carthaginensem, ut bellum  
 tam graue Romanis inferret? Pyrrum Epirotarum  
 Regem, ut in Italiam transiret? Altilam Hunarum Regem  
 ut totam inuaderet Europam? Illi sane omnes aliquid quam  
 illorum, quos nominare nolo, non ideo res tam indignas sus-  
 cepere, ut a Coelareis tantum celebrarentur sed ut ea quae di-  
 uinis, qui nunc uiuimus, diceremus. Meni figuram heroes,  
 inter Syros, Assyrios, Babylonios, Graecos, Macedonas, Tho-  
 as, Thebanos, Romanos, Carthaginenses, Germanos, et imnos  
 Antiochum non uinis sibi pepererunt, immortalem futuris se-  
 culis sui memoriam non reliquissent, nisi vitam flocci facis-  
 sent, et in periculum, ut se loquiar, fornacem se uidos con-  
 iicerent. Unde et porro famam illorum

nec fbris ira, nec rones,  
 nec potent ferrum, nec eras abolere vetustas.

nunc hanc de se canentem audiamus Ouidium:  
 Quum uolet illa res, quae nil nisi corporis inuis  
 sus habet, incerti spatium mihi fidiat aevi:

Ouid. Metamor.  
l. Xv.



Parte tamen meliori mei super alta perennis  
Altra ferarum nomen est inelabile prostrum;  
Quid patet domibus Romana potentia terris,  
ore plebs populi, per omnia secula fama,  
Si quid habent veteri Latine praesagia, vivam.

Coeclusio:

Rebus itaque sanctibus, amice mihi vos Symmaechi praesentibus  
mihi ad honestam famam studium adhortor, illud quidem vobis mi-  
cuto: bene videtur, discite bene loqui. Et cum loqui didice-  
ris recte facere conator: hoc nam modo bonam acquirere respu-  
mam: nec tantum bonam famam acquirere sed etiam  
am servare memento. Hostis enim, quod committitur circum-  
feratur discite:

Omnia si perdas, famam servare memento:  
Quia semel amissa, postea nullus eris.

Dixi.

Maximilianus Fridericus  
a. M. 1717  
27. Jul.  
M



# HONESTUS RUMOR ALTE- RUM EST PATRIMONIUM.

Certe inter alias egregias ac selectiores, Symmaci sva-  
rissimi, sententias, quibus gaudent eruditi viri, haud infimum tenet locum  
illud memorabile, quod ab aureo D. Chrysostomi ore his fluit verbis:  
Conscientia propter te, fama propter alterum est necessaria.

Quibus quidem lumen & columen illud Christianae Ecclesiae digito qd. in-  
dice duo nobis ostendere vult vitae humanae fulcra: quorum alterum con-  
scientia, alterum fama. Docet nq., nobis non solum propter nosmet-  
ipsos bonam conscientiam, quippe qua nihil jucundius, nihil tutius, nihil secu-  
rius esse potest, verum etiam honestam famam propter alios summe ne-  
cessariam esse atq. utilem. Verumenimvero nonne ita est, quod consci-  
entia nos ap. DEUM vel excuset, vel accuset, fama autem nos ap.  
homines vel probet, vel improbet, illaq. intus, haec foris afficiat?

Unicuiq. proinde vestrum, Commilitones Optimi, hoc semper cura cor-  
dig. esse debet, quomodo praeter bonam conscientiam, quae adversus omnes  
ab inimicis illatas calumnias murus est ahenus, imo tutissimum adver-  
sus quavis opprobria asylum, bonam quoq. famam, quae omnino praestan-  
tior est vel ipsius Croesi aut Midiae divitiis, sibi comparare, eandem  
conserpare, aut, si semel perditam, recuperare possit. Dicat autem  
beic quispiam vestrum, multos esse homines, qui hanc & illam, famam  
nq. & conscientiam, floccipendant, nec minus tu. in tuto versentur loco:  
versentur & ipsi in summo honoris gradu. Concedo hoc, quod multi in  
improbitate sua adeo occaecati habeant, ut plane negligant conscientiam,  
nec DEI, vindicem habentis oculum, nec hominum de se iudicia, & opinio-  
nes curantes. Quam male autem id fiat, illi ipsi maximo cum damno  
suo experiantur. Vos interim, Symmaci svariissimi, si pro piis,  
pro bonis & modestis velitis haberi adolescentulis, in illorum numero  
esse minime decet. Quin potius omni animi studio in id unice incum-  
batis, velim, ut non solum DEO, sed et oibus hominibus, si fieri possit,  
grati sitis & accepti, nec nobismetipsis molesti.



Hac de re igitur quum occasio hodie mihi detur plura cogitandi, plu-  
rag, dicendi, inpraesentiarum quidem breviter, pro ingenio mei <sup>tenacitate</sup> imbecilli-  
tate, dicam atq; ostendam, quam vera sit illa P. Mimi sententia:

**HONESTUS RUMOR ALTERUM EST PATRI-  
MONIUM.**

Antequam vero ulterius provebar, à Vobis, studiosissimi Musarum a-  
lumni, etiam atq; etiam summo opere contendo, ut per breve temporis  
spatium benevolas benevolarum aurium aedes mihi locetis, neanq; ora-  
tiunculam brevi stylo ac filo contextam, eâ, qua par est, aequanimita-  
te audiat, linguis animisq; fautori. Duo omnino sunt, quae in hoc  
oratiunculae meae cursu aperienda mihi veniunt: n. Quinam rumor  
honestus sit habendus, et quantum illi huic sit tribuendum?

His, his duobus q. crucibus mea incedet Oratio, quae utinam Tulli-  
ana incude monetam latioris eloquii effictam exhibere possit. Ita  
equidem optare mihi licet: vix tamen ac ne vix quidem sperare id  
possum, qui tiro adhuc in palaestra sum Oratoriâ, nec ipse novi, quid  
distert ara lupinis.

Primum interim Orationis quod concernit membrum, in limine unicum  
honesti rumoris seu honestae fame fundamentum detegam. Advo-  
cite, queso, Juvenes Ornatissimi, qui in hoc superiori auditorio locum  
tenetis, animum, et auribus vestris percipite, quid dicturus sim.

Brevissimis autem me expediam, et, quid rei sit, uno dicam verbo.

Sola, sola virtus est honesti rumoris, à viro appellata, ut vult  
disertissimus ille Romanorum Magister Cicero: quippe quam fa-  
ma, ceu umbra corpus, solet comitari. Certè quemadmo-  
dum haec (ut Seneca utar verbis) aliquando antecedit, ali-

Cic. Tuscul. 2.

Senec. epist. 79.



quando sequitur: ita gloria seu virtus (ingenuam puto ac sinceram, non pictam, non fictam, non fucatam, non simulatam) aliquando ante nos est, visendamq; se prabet, aliquando in averso est, majorq; quo serior, ubi invidia fecisset. Quidni autem fame fundamentum unica et sola esset virtus? Nonne enim, talis sit oportet, qualis quisq; vult haberi? Audiamus heic Socratem, humane sapientiae quendam qd. promum Condum. Expedita enim et compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id unice operent, ut quales videri vellent, tales etiam essent. Quam quidem cautione aperte monebat, ut homines ipsam potius virtutem, quam umbram ejus consectarentur. Accedit et hoc, quod virtus hac ab hominibus bonis et recte judicantibus ornari laudibus cupiat, vulgi temerariam et inconsideratam sperners vocem. Nulla vero laus jucundior esse potest hac, que ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt, quum contra, qui ab errore imperita multitudinis pendet, in magnis viris, uti loqui amat Tullius, non sit habendus. Porro virtus de meliori heic nota tanquam bone fame fundamentum commendari debet, quoniam perpetuam comitem habet pietatem. Cum autem pietas in sano de DEO vero sensu, nec non in recto DEI veri cultu consistat, haut parum ad parandam fame auctoritatem facit. Quid? Nonne noster Salvator alicubi, Honorantes me, honorabo? Ita scilicet ille vult ut boni nominis amans religiosus sit erga DEUM, et ab Eo consilia rerumq; suarum successus petat. Nam, uti commune illud sonat Proverbium, ut oculus

De Max. lib. 7.



videat, et auris audiat, Dominus facit utrumq; Unde nec  
Pœta, quorum bona pars hodiernum vestris teritur manibus, summam  
Majestatem juxta Jovem Fulminatorem collocare dubitarunt, innu-  
entes, veram non aliunde gloriam ac eternam nominis famam  
expetendam equè ac expectandam nisi coelitus esse. In dictis  
subsequentem nunc extruo famæ descriptionem, eamq; coronidis loco  
primo primi membri capiti subjungo: Fama nihil aliud est, nisi  
bona bonorum de aliquo propter virtutem existimatio. O igitur  
famam, rem optimo cuiq; pretiosam! O thesaurum inestimabilem!  
O bonum hujus vite insuperabile!

De fundamento famæ disserui tenus hac, sequitur, ut, si pace re-  
strâ, Symmaci Oculissimi fieri potest, pauca quædam in medium  
de viis proferam, quibus comparari omnium commodissime honesta  
possit fama. Nisi enim me vestri fallunt oculi, admodum cupidos  
vos video cognoscendi eas. Audite igitur, Pampili: Ecce enim  
Ego Vobis quinque ostendam vias, quibus et bonam famam ac gra-  
tiam parare Vobis, et conservare eandem potestis. Prior via  
est verecundia, honoris mater dicta, et pudor ingenuus, qui à Phi-  
losopho color virtutis et signum salutis dicitur: altera est modestia  
et observantia erga majores: tertia est patientia laborum in  
rebus laudabilibus: quarta, morum suavitas et officiositas:  
quinta deniq; crebra cum viris honestis familiaritas. Hisce  
omnino viis si recto pede incedatis, et ne latum quidem, quod  
dici-

Richt. Axiom. Historic. 44.



dicitur, unguem ab illis recedatis, fit omnino, ut famam honestam facillimo negotio acquiratis. Exempla heic desideratis? Possem vel centum et ultra eorum, qui his viis incedentes summam gloriam et aeternam famam consecuti sunt, recensere exempla:

Sed ne excurram, tempus prohibet, quod ferè elapsum video: Prohibet et vestra in auscultando patientia, quae tadi se facile non patitur. Interim tamen, ne sine exemplis rem tractasse videar, quippe quae plus movent, quam Veterum sententiae, quas trahere huc possem, unum saltem et alterum huc traham. Quid enim? Nonne Josephus his quinq; viis incedens, non tantum ad tantam pervenit gloriam, ut totius mundi Aegypti Dominus constitueretur, sed et immortalam sibi peperit famam, quae in Annalibus Sacris hodiernum viget, et in alterum usq; seculum durabit? Nonne David iisdem viis ad regnum pervenit, et ad majora semper grassatus, tandem immortale sibi nomen peperit? Quid de excellentibus Graeciae imperatoribus dicam, quorum vitas tersissimo stylo à Cornelio vestro Nepote descriptas habetis? Nonne hi omnes quinq; illis viis ad D. Maemosynes fanum deproperarunt, dignosq; se Minervae populo praestiterunt?

Sed quo prolabor? Transeo abhinc, quum omnino è dictis satis superq; constet, unde honestatis nomen petendum veniat, ad aperiendas causas: ut sciatis, πάλυγι. Ατράλο, omnes, ut intelligatis singuli, cur honesta fama sit servendum. Honestus rumor, inquit P. Minus, alterum est patrimonium. Rectè dicit: Etenim illa est, quod cuiusq; ingenii ac liberaliter educati hominis proprium sit bene velle audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris: idq; propter rem ipsam, non propter usum: Negligere

Co. III. fin. cap. 17.



inquit

— Ausonia Cicero ingens gloria gentis  
Romanæq; parens lingua, fandiq; repletor,  
quid de se quisq; sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam o-  
mnino dissoluti.

Porro fama honeste studere debemus, quia omnium rerum huma-  
narum præstantissimum bonum est nomen, quo quidem amisso, postea  
nullus eris. Possunt amissa famam integrâ reparari opes: sed fama  
semel perditâ irreparabilis res est, quantumvis suppetant opes.

Pertinet hæc, quod lacteg ille Historiarum Romanarum Scriptor  
Livius, qui omnes et boni Historici et eloquentis viri in formâ ope-  
ris sui numeros abundè adimplevit, verbis tersissimis alicubi habet:

Liv. l. 3. c. ult.

Plaut. Most. Act. 1. Scen. 3. Nec ineptè etiam Decima Musa Plautus loquitur: Si bonam,  
inquit, mihi servasse famam, dives ero satis. Non minus  
item honeste studendum famæ, quod et ipsa auctoritatis sit apex  
et nervus rerum gerendarum. Certè si omnes vite hujus status,  
satum n. Ecclesiasticum, satum Politicum, satum Economicum,  
percurramus, facile deprehendimus, quantum præstet existimatio  
bona et auctoritas in quibusvis rebus, sive Ecclesie, sive Curie,  
sive Familie res sint, feliciter gerendis.

Deniq; bona fama studendum, quia homines reddit immortales.  
Cuid? Nonne ita est, quod, ut ait justus ille bonarum literarum  
censor Justus Lipsius, homo res sit caduca? Fama autem facit  
eundem perpetuum. Id et ipse Euripides, cujus versus singuli  
singula Sapientie continent pondera, suo comprobât calculo,

quam

Lips. Cent. 3. ad Belgas  
epist. 6.



Terent. ap. Suid. in G.  
Theophr. Oral. 27.

624  
quum inquit: Fama virum bonum vel in ipsis terra recessibus ostendit.  
Nihil eorum, quae terra producit, ita semper floret, nihil ita cum tem-  
pore propugnatur, ut bona perpetuamq; fama. Possem heic iterum ex-  
currere, inq; exemplorum segetem uberrimam falcem meam immittere:  
Possem, inq; eorum colligere exempla, qui ob honestam famam hodie-  
num in Annalibus vivunt: sed temporis ratio, et hujus loci conspe-  
ctudo, me, ut vela contradam, portumq; tandem aliquando respiciam,  
monet.

Vos, vos itaq; quibus fama aliqua macula adhuc insidet, aut peri-  
tus etiam inveteravit, indefesso virtutis studio, eluite, si prae coe-  
teris cupidi gloriae estis atq; avidi laudis. Discite omnes ac sin-  
guli, qui bene vultis audire, bene loqui: et, quum bene loqui didi-  
cistis, recte quoq; facere conamini. Hoc n. pacto fiet, ut bo-  
nam honestamq; famam, ceu palmam aliquam reportetis. Tu  
vero Domine JESU CHRISTE, aeternae sapientiae  
Prone-Conde, optime Patris tui Interpres, Splendor gloriae et  
Imago essentiae Ejus, Doctor ac Ductor noster felicissime, lar-  
gire nobis universis, largire singulis hoc utrumq;, ut bene semper  
loquamur, et recte semper faciamus. Ipse, queso, prohibe, ne  
aut nominis tui gloria, aut conscientia nostra ullo inepto dicto  
aut facto tadatur. Dirige dicta, dirige facta nostra, ut ver-  
gant in nominis tui gloriam, in nostri autem aeternam ac im-  
mortalem famam. Fiat, fiat hoc, o JESU CHRISTE,  
per Te et propter Te: Fiat, fiat, Amen.

Dixi

Tobias Breulich  
Gorlicenf. Lus. 5



J. N. J.  
Oratiuncula Inna  
illud <sup>ad</sup> verborū:

## Magnū pondus Conscientiæ.

Ita se. E, quod nulla in hac reum universalitate, ad quæ quidem omnes natura ipsi ductu atq; impulsu ferimus, occurrant que p. ly prima fronte nobis pollicentur ponderis, quam in ipso recessu habent. Quid? Nonne res magni ponderis esse videtur bona corporis valetudo? Videtur utiq;: nam homo si firmis præditis intelledine, partium corporis ministerio naturales vitæq; humanae necessarias actiones sine omni vitio atq; impedimento expedire potest: nonne res magni ponderis videtur esse gratia et favor Principum? Videtur utiq;: nam illi, quibus favor Principum spirat, in aulis, in curiis, in consistoriis magna cum auctoritate versari quædam, indeq; multum sibi laudis, multum honoris apud maximos, medicorum, imus auferre possunt. Ne dicam, quod celeberrimum talium hominum nomen in alterum usq; orbem se cum transeunt nautæ. Quid porro? nonne et magni ponderis res esse videtur bona fama? Videtur utiq;: nam cum opes aut incendio pereunt, aut naufragio absorbentur, aut ab iniq;o milite auferuntur, aut alia quavis ratione perduntur, fama intus si facile illæ reparari possunt; fama autem vel semel perditâ omnia perditum eunt, nec quæquam magis irreparabile est, quam fama, utpote quæ alterum est patrimonium pro unico fundamento habens videtur. Nonne præterea apud Divitia hominibus res esse videtur maximi ponderis? Videtur utiq;. Illi namq;, quos aures supellex in via sequitur, ab obvio quilibet multo mattantur honore, et privatim ac publice beati prædicantur: imò ubiq; facile primas tenent. Verum heu! quam caduca res est corporis valetudo? quam inconstans res gratia est et favor Principum? quam variis maledicæ linguæ injuriis expulsa res est fama? quam fugax deniq; res est opulentia? Certe etiamsi aliquis omnes cum Oræso possideret fortunas, etiamsi candidas cum Polycrate numeraret dies, etiamsi itom



...um fuerit, quicquid aliquis tangeret cum Mida,  
 et rosa quicquid calcaret cum Perseo, vix tamen aliquid  
 videris omnino hanc et alia felicitas habebit, si conferatur  
 conscientia. Hæc, hæc siquidem maximum habet  
 maiorem in utramque partem vim habet. Mala  
 abhorret, bona approbat, cumque facinus patratum  
 ac levibus conforme excusat, in minus, accusat.  
 Quare quum nulla omnino res in se plus ponderis ha-  
 beat, quam conscientia, quippe qua mille testis audit,  
 fufi de hac differam. Præcipuus autem dei explicita.  
 quid velis sibi velit proverbium, in hæc deservens ver:  
 Maximum pondus conscientia. Eo nempe aperiam de:  
 unde et cur maximum esse pondus conscientia veleri di:  
 ad id proverbio. Adhuc nunc, quasi, sterilitissimi Musæ  
 adiacentem Musæ: adesse animis, quodque adesse corporibus,  
 vestris adesse animis, ignoscite, si sublimia humiliter,  
 tenuiter, illustria nimis leviter tractabo.  
 Maximum pondus est conscientia, inquit Patremis usque ap. huc.  
 quidni esset? Conscientia enim intotum mentis est testimo:  
 a supremo maxime tremendo iudice Deus concitalum.  
 ut utiq; in hoc ipso iudice omnia summa: summa in eo  
 sapientia: et namque ipse ipse solus sapientissimus: quippe qui  
 hinc universi machinam mirandum plane in  
 ad id navit: summa in eo est iustitia: *ἔστι θεὸς ἔστι:*  
*ὄψα*, inquit primus doctrinarum et sui antiquitas:  
 patens atq; fons Homeri: sic et summa in eo est potentia:  
 namque solus omnipotens, quippe qui facit, ut vastissimus  
 orbis terra ipse verbo nitatur supra stabilitatem suam: et  
 rotatissimus coeli ambitus ære fulciatur rotatione continua:  
 perpetua elementorum discordia concordem hinc sonitu:  
 simul consistentiam: ut fluctuosum mare limitareum  
 non transgredietur: et peregrina flumina tot val.  
 ambas transversant et viridantia humectent præta.  
 omnis autem in multorum animis ita extincta esse videat.



tur conscientia, ut omnia, quae de hac audiunt, pro lu-  
dibri habeant, quasi fumentum et inane fumum. *Philos.*  
tasma, nemo in tam profugata est improbitate, ut in-  
terdum non sentiat metum aliquem Divini Numinis. Ha-  
bent, inquit magis ille veritatis proce u ventium in Jude  
Doctor D. Paulus, omnes homines apud legis scriptum in cor-  
dibus suis, testimonium prestante ipse conscientia, ipsorum  
accusant se inimicem civitatis nec vel dicam multum se defen-  
dunt. Unde iustus bonarum literarum vindex Iustus Lipsius  
ad questionem a se ipso propositam recte omnino respondet:  
Quid est conscientia, quod ille: et respondet: est iudicium ani-  
mi a religione et Dei metu ortum, bona approbans, ma-  
la abhorrens: omnes, omnes illuc trahimus ab interno  
Isto iudice, velut ad tribunal. Atque hic ipse indelebilis  
character est, quem homini jam jam formata impressio  
Atque, ut moneat atque impelleret ad bonum, ut et revocet  
ab improbitate, ut deterret a maleficio, eorum effectus  
dare non permitteret. Nempe quemadmodum lumen  
candelae vel lucernae ea fini ponitur in domo, ut pa-  
teant et discernantur ea, quae in domo sunt: ita Deus  
omnis iussit conscientiam in medio pectoris vel  
ade anima rationalis, tanquam lumen, ut vide-  
ret omnia atque discerneret, quid facere quidne non fa-  
cere oporteret. Perregerant de hac re Bernardus  
Christo Doctore professus rhetor dixerit: sic enim ille:  
conscientia boni est titulus religionis et benedictionis,  
locus Felicitatum, aureum reconditorium, aula Dei, liber  
Ronatus et clausus iudicii aperienti. Nec est fu-  
tura beatitudinis ubilij remedium aut certij testimonium,  
quam bona conscientia. Quis ergo non magis esti-  
maret conscientiam? quis item non consilium acqui-  
esceret et imperio pareret conscientiae? quum a se mala



rethahat, ad bonam invitet, impellat et infliget:  
 verum illa, solidum et semper duraturum reddat testi:  
 quum vicia magistra sit et mury ahoney, intra  
 habi avere inter innumera vicia pericula et securi ee  
 Quid? Nonne is, qui bene sibi est consciy, magna  
 animi fiducia et constantia singula potest agere? potest  
 contra autem male sibi consciy, semper pusillanimitis  
 et timidus. Et quidni est? Nam mety et cruciaty consci:  
 vicia mala quando in animo exstantur, ille neq; consolati:  
 ones formas, qby mety illi sedari queant, admittit, neq;  
 solatios nec intermitit, donec tandem plane desperet.  
 est, quod conscientia peccatorum mole oppressa nunc  
 commissio miserè conqueratur: nunc ob totidem omnia  
 firmitate negligentia avolat: nunc taule fremat:  
 aperte tumultuetur. Ad hoc verum est illud Pacati  
 gentis: habet occultos crucificos conscientia, qui magis  
 et torquent vitalia, quam cruce, quam verbera  
 tormenta. Facile id videre licet in Nerone, bipedum  
 non tantum, sed etiam, quos terra pascit, quadrupedum ne:  
 lo. Sedem sepe oes p arby facinorum recedatione  
 amens, nunquam timore vacabat. Dem et illud videre li:  
 in Tiberis: ecce ipsum non seduma, non salitudines pro:  
 ore poterant, quò magis tormentis pectoris sui verat: non  
 labore poterant, quo magis ipse penas suas fateretur. Videre  
 licet in creta. lo n. quum peccatorum fuisse gravissime avila.  
 interrogaretur: o miser creta, qd morbi te pedit? re:  
 conscientia: sum n. mihi male consciy ab multa ppe:  
 facinora. Videre id prois, quod supra tetior, licet in  
 Gothorum Rege: de hoc sedem refert Procopius,  
 infans ille, Demystero iudice, Historicy, quod, postquam vi:  
 Glycerus ppe suspiciorem affectata libertatis inlevescisset,  
 amiy fuerit, ut, dum caput insentis piscis mensa revia  
 pperetur, delumcati ipsi caput Symmachi esse videretur.  
 de et ipse in faxias aby paulus post dies infelicem ptha.  
 animam. Habelis, pnceps ornatissimi, unde sed, quod  
 viciosi longi tundi sint et pteritili: Habelis, qd ppetuo  
 quicel et toni misere sine sine gravitel flavilidior, ut  
 sibi, neq; aliis fidant, sed meris suspicioidy, jactent, et



Siccasius plena sua loca esse sibi imminuentur. Scipio  
 nime, unde hoc contra ea sit, ut inleves nra sceleris, purg  
 nec Mauri exal iaculis nec ascu, nec venenatis grampha  
 ultra sagillis, sine p. s. res iles estuafas, sine factury p. inofin  
 totum Caucasum, vel q. loca fabulosoymbil Hyasper. Proficiscitur  
 sc. confidentia hae, securitas et tranquillitas animi a men-  
 te recti sibi conscia. Haec, haesidem mira tranquillitate ani-  
 mi mala q. p. fert, sume q. mendacia id est. Palat id nel uniy  
 Kati patris Dumaei exempto. Non quum a maledicis suis ab-  
 tractatoribus proditionis aliquando falso accusaretur, et ut cas-  
 sam diceret, ad Caesarem vocaretur, pectore delecto dicebat: Ego  
 Caesar, nolo me verbis apud te excusare; sed illa ipsa vulne-  
 ra, q. pro te accepi, pro me loquentur. Dicite mihi, q. so,  
 Symmachi muslulenti, unde securitas hae animi ac confiden-  
 tia profecta fuerit? Ego repeto, quod dixi, profectam n. p.  
 illam fuisse a mente bene sibi conscia, q. non tenebras  
 amat, nec latibula q. nit, sed q. suo secreta vult patere, id  
 exempto vult Linnii Duxi. Non cum domum in palatio  
 edificaret, et architecto offerret, ila se strudurum, ut libera  
 ab arbitrio esset ac omni respectu: q. tu patry, inquit, si quid  
 in te artis est, ila compone domum, ut, q. quid aqam ab  
 tibus inspicere possit. O vos immensum conscientiae pondus! O  
 vim invictam et admirabilem, quam habet conscientia in  
 utramq. partem, ut semp pveniam ante oculos sibi positam  
 credant, q. peccaverunt, et nihil timeant, q. bene vixerunt.  
 Marti p. vade q. hte, Symmachi bravissim, probitatis  
 vestra ac honestatis studio, quumq. conscientia accusator  
 sit, testis et iudex, quum et marna ejusdem h. vis in utramq.  
 partem, n. p. vel ad mortem, si male, vel ad vitam, si quis  
 bene sibi conscia, tibus animi vult, et allaborale, ut bona  
 semp retineat conscientiam, nec q. quum committit, cui  
 nos poenitere possit. Hic n. p. hic murg aboney esto

Nil conscire sibi nulla palletere culpa.  
 Quod si n. vos reclamante conscientia q. quum feceritis,  
 ipsa erit testis, ipsa iudex, ipsa tortor, ipsa carcer: ipsa accusabit  
 ipsa iudicabit, ipsa condemnabit. At q. quod cumq. malo com-  
 mittitur exempto, ipsi displicet auctor: prima haec est ultis,  
 quod de iudice nemo nocens absolvitur,

— — — — —  
 Gratia fallacis p. vobis vicerit uram.

Joh. Roick  
 Forst.



<sup>nota</sup>  
Oratio procula ad illud Ciceronis  
Magnum Conscientiae pondus.

